ARBUSCULA PARNASSIA TRES RAMOS EXPLICANS, 1. EMBLEMATA...

Willich Westhov




BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
32 B
53

ARBUSCULA PARNASSIA
tres ramos explicans,

I.

EMBLEMATA
WILLICHII WESTHOVII,
de Westhofen P. C. C. P.

Divo Matthiæ Imperatori Romanorum augustissimo sacrata.


II.

Militiam hominis Christiani carmine Heroico à Ric. B. accuratè descriptam.

III.

Epigrammata
SIGISMUNDI DURFELDII,
quibus Elogium Germaniæ in prosâ annexum est.

Quæ singula argumentorum diversitate, sententiarum gravitate, latinitatis puritate, & suavi brevitate vehementer lectorem oblectar possunt.



ROSTOCHII
Apud Joh. Hallervord. Bibliop. 1619.

MAGNIFICO & NOBILISSIMO VIRO,

DN. VVILLICHIO WESTHOVIO, de WESTHOFEN,

Sacri Lateranensis Palatij, aulæq; Cæsariæ & imperialis Consistorij Comiti, &c.

ADSIDUUM diæ cultum Virtutis & Artis
Jugiter & meritò celsi comitantur honores,
Dante DEO: desit merces ne recta sequenti.
Te quoq; Virtutum cultura celebris & Artium
Ad meritos dudum VVESTHOVI duxit honores; dignum
Dignum istis: sed & his majori munere,
Grator ego lætus cordatâ mente Tibiq;,
Mîîq;: Tibi; quem sic dignè fortuna beavit:
At mihi; magnificum cui Sors adjunxit Amicum.
Macte hoc illustri; necdum saturatus honore!
Macte! & virtutum cultu sublimiùs exi,
Dum claro astrigerū pertingas vertice templū.

Illustres gratulatur honores

JACOBUS ERASMIUS,
Falst. Danus.




AD

Augustissimum Rom. Imperat.

Divum

MATTHIAN,



Germ. Ungar. Bohœm. Regem invictiss. &c.

Quem penes unanimi consensu hominum atq; Deorum
Imperium terræ est imperiumq; maris,
Cæsar; ô exiguum celsa pietate Libellum
Suscipe, versiloquæ mentis & artis opus:
Suscipe & augustâ longinquum fronte Clientem
Illustra, ut radijs splendeat inde novis.
Sic tuus extremam fulgor penetrabit ad Arcton,
Et clarũ Eoo pandet in orbe jubar.

Dominum suum clementissimum,

ἐπίγραμμα:

VVillichij VVesthovij, P. L.



OMNIS HOMO

EMBLEMA I.

PRIMI homines vetiti haud gratâ dulcedine mali
Factoris jussum temerant heu! protinus illos,
Celso dejectos animo, vis corripit intus
Nubila mœsticiæ: pallor novus occupat extra.
Mox incusantes sese rixantur, amici
Compariles nuper: Tu Conjux noxia, prodis
Me tecum! perdit Coluber variabilis ambos,
Mi vir, illa gemit. Sed perfidus Hostis odoro
Stipite se flectens, miseros luditq; necatq;.
Hem vos, quassatæ mœstum instar arundinis: Hem vos,
Jugi devotos letho, ille Salutifer absq;
Fæce maris dio MULIER quem procreat ortu,
Adseret è noxis, homines Homo, Justus iniquos.
At te, dire Draco, furialis Apostata, fraudum
Mendaciiq; parens, tellurem ventre prementem
Damnato, idem Opifer subiget pede, timpora calcans
Livida, & æterno vinclis arctabit in igne.

SER-

SERPENTI NOXIUS ANGUIS.

EMBLEMA II.

QUom DEUS ignivomis premeret delicta Colubris
  Isaci dûm, horrificâ plebs nece multa ruit.
Pòst, ubi supplicibus superârat numina votis
  Gens ægra, antidoton mortis IOVA dedit:
Æra colubrinâ gabalo suspensa figurâ
  Fulserunt tacto certa medela gregi.
Nos quoq; feminees antiqui fraude Colubri
  Sanat de simili pendula Vita trabe.

CRUX VITÆ GENITRIX.

EMBLEMA III.

PRimus Homo æternam decerpsit ab arbore Mortem,
Cujus progeniem vis se diffundit in omnem:
Alter Homo æternam reparavit in arbore vitam,
Cujus progeniem virtus se didit in omnem.
Antea Mors vitam diris agitabat habenis:
Nunc Mortem æthereo constringit Vita capistro.

UXOR DURA LOTHI.

EMBLEMA IV.

DEfuncti species hominis caret ista sepulcro:
  Quæ nullum rursus tumba cadaver habet.

Quid

Quid mirum? Statua est bustum simul atq; cadaver
Ipsa sibi: neutrum est rursus & ipsa sibi.

SAXA DOCENT HOMINES.

EMBLEMA. V.

FIngitur in lapidem Niobe mutata rigentem:
Creditur in statuam versa marita Lothi.
Sic Homines pura revereri Numina mente
Et Salis & Saxi terrea massa docet.

MIHI NON EST TERRA CIBATUI.

EMBLEMA VI.

DIffusum aëreâ quod Man è nube pluebat,
Cælica terrigenis fercla typumq; dabat.
Cælica terrigenis aliud Man fercla, remoto
Dat nobis (quot agit Spiritus ille) typo.

CUIVIS SUA CURA DIEI.

EMBLEMA VII.

CÆlitus in terram largo Man depluit imbri,
Man, esca Isacio cottidiana gregi:
Unius at solùm dapibus mensura diei
Servivit, reliquem postea vermis erat.

Scili-

Scilicet humanos ab avarâ indagine rerum
Quærebat sensus pellicuisse DEUS;
Ille cui est nostri, sobolis quæ cura Parenti:
Quemq; sua hinc obeat sollicitudo diem.

SEPTIMA SANCTA DIES.

EMBLEMA IIX

NOcte profestorum quem ros computruit unâ
Aurora illæsum septima sola dedit.
Exemplum est, faciat quanti sua sabbatha Nu-
Cultori occultas sufficiendo dapes. (*men.*

QUO PROCERES ABIERE PII.

EMBLEMA IX.

FLammeus Helian currus subducit ovantem
In cæli æthereas, corpore, mente, plagas.
Prosequitur longo dominum per sidera visu,
Obtutuq; animi nobiliore, Comes.
Faticani duplex hinc illum Numinis æstus
Corripit, amnisecæ vestit & arrha togæ.
Nos quoq; die animi rapiunt super æthera flam-
Intuituq; DEI *mens saturanda præit.* (*ma,*
Si comes hanc oculis sequitur Caro, mentis bono-
Participat, sensus exsuviasq; legunt. (*rem*

MENS LIBERA CURIS.

EMBLEMA X.

QUom pius ignivomis raperetur ad æthera bigis,
Pallia, Tresbites, jacta reliquit humi.
Et nos, sydereas quom mente levamur in arces,
Corporeas sensûs heic posuisse decet.

CORPUS HUMO DEBES.

EMBLEMA XI.

TEllluri adplicuit sua vestimenta prophetes,
Quom stata flammicomis scanderet astra rotis.
Omnis homo, patrium cæli quom migrat in orbem,
Exuvias animæ, corpora, reddit humo.

DIVINA INSIGNIA GESTO.

EMBLEMA XII.

QUæcunq; humanâ supereminet arce Potestas,
Divini structa est ordinis illa manu:
Ergò huic (seu pia sit sive impia, lenis an atrox,
Seu bona sive nocens) pareat omnis homo.
Si quis cervicem negitat flexisse rebellem,
Judicio victus corruet ille DEI:
Qui, quot ritè gerunt sceptra imperiosa, ministros
Ætherei adpellat numinis, immò DEOS.
Rex, DEUS in cælo est: DEUS est, REX justus, in orbe:
Arma DEUS Regis, REX gerit arma DEI.

MA-

MAGNI CUSTODES REGUM.

EMBLEMA XIII.

MAgnis se vetitus temerè objectare periclis,
Magna audens Cæsar Maxmilianus ait:
Maxima Principibus geniorū numina magnis
Adsunt, vitæ horum quæ tueantur iter.
Quis dictum aut mentem sanus, REX magne, refutet
Cæsaris? acta illam cottidiana probant.
Namq; extrema petunt quoties discrimina Reges,
Mirificâ cæli vos superatis ope. (terris
Nunc summa à pelago, nunc summa pericula
Instant: jamq; foris noxia jamq; domi.
Nunc homines Hominum vitæ Regum anxia tendunt,
Angelus humano quom domat ore nefas.
Inde DEOS Reges occultâ arte impetit Orci
Dis rex, ignoti quos tegit umbra genI.
Magna hinc Spirituum famulari numina magnis
Principibus, verè Maxmilianus ait.

REX HOMINUM CUSTOS.

EMBLEMA XIV.

SEdula ni fuerit cura Opilionis amici,
Prædatrix cunctas bellua mactet oves.
Et custos hominum terris REX impiger absit
Tutus ab humanis quis foret insidijs?

Adde, quòd ætherei ſi non tutela Magiſtri
Adſereret mandræ limina tecta ſuæ,
Undiq; Tartareus ſcelerata fraude Lycaon
Tutò Chriſtiſequas dilaniaret oves.

DAVIDIS EXEMPLO.

EMBLEMA XV.

INnixu genuum telluri fixus, adhærens
Obtutu mentis luminibusq; DEO;
Gratidicis hymnos fidibus modulatur, & arte
Pſalmicanâ, Hebrææ gloria prima lyræ:
Scilicet amplexus maternæ munera terræ,
Atq; orbis ſummum, regia ſigna, decus,
Non jus atq; pium temerat; cor dummodò cælis
Inſertum, hoſpitij negligat acta ſui:
Dumq; animus flexos ad ſydera tollat ocellos,
Acceptumq; polo ſortis agalma ferat.
Exerce chordis laudes, mea dextra, JEHOVÆ!
Illum oblita tui, mens, pete, lingua cane!

REX ET REGINA SERENANT.

EMBLEMA XVI.

CErnis candenti generoſum adamanta nitore
Annulus ut ſummo dives in orbe gerat:
Cernis ut in medio Phœbus Phœbeq; coruſci
Dividua terras lucis honore ſacrent.
Regnorum invicto moderamine ſuaviter orbem
Regius & SOL & Regia LUNA beant.

TE

TE SUSTENTANTE VIREBO.

EMBLEMA XVII.

QUæ levat excelsum moles turrita cacumen,
Jugi hederæ amplexu jugiter ipsa viret.
Celsior aëriâ vel quovis nomine turri;
REX, Ederæ amplexu tu meliore vires.
Ipsa etiam fotu crescit meliore: sed, ut sit (ror.
[Quem penes hoc] Tu fac, perpes utrinq; vi-

REGIÆ OPES DIGNIS.

EMBEEMA XIIX.

IMpositam libro galeam fert ara: super quæ
Regia magnificas dextera fundit opes.
Artes doctus alit codex: Volcania Martem
Cassis: at altari vis Pietatis inest.
Digni opibus Mavorte graves Artisq; potentes:
Indigni, absfuerit si Pietatis odor.
Ergò hic est verus Gazæ donabilis usus,
Qui largo dignos prosperat ære viros.

ETIAM MORS ATRA CORONAT?

EMBLEMA XIX.

MOrtua cur roseis ornentur corpora sertis,
Cæsar, Epictetum voce jocante rogat.
Ille; triumphali superârint omnia letho
Quòd mala: quodq; isto nomine semper olent.

Nos itidem; sed & hoc: Pietas quòd sola coronā
Hanc ferat, & CHristo cum duce semper obet.

NOS SCEPTRA LIGONI-BUS ÆQUAT.

EMBLEMA XX.

IUncta colonorum (viden?) atq; insignia Regū
Horriferæ species Mortis avara tenet.
Aurea ferratis Hæc sceptra ligonibus æquans,
Uno aufert Reges Agricolasq; sinu.

INTERITUS SAULIS.

EMBLEMA XXI.

QUis furor hic? rerum quis hic est præpostе-rus ordo?
Quæ tali sortem cardine vertit Eris?
En, hostes metuens per viscera dirigit hostem:
Utq; necem fugiat se miser ense necat.
Heu, cui divino spes non est robore fulta!
Luce DEI vacuus nil benè præstat Homo.

DUX AGMINE MAJOR.

EMBTEMA XXII.

EXimius belli Chabrias virtute; sed idem
Non minor in Sophiæ lucta, dictare solebat:
Cervorum timidas, præeunte Leone, cohortes.
Præstare agminibus, Cervo ductore, Leonum:

Exper-

Expertus, sortem belli variabilis omnem
A virtute Ducis notâ pendere sebasti.

QIUD MITIUS AGNO?

EMBLEMA XXIII.

IN vitæ extremis tolerantia summa procellis
CHristum Agno similes fecit habere notas.
Tondenti nunquam pastori obmurmurat iste,
Nec tacito creperum fundit ab ore sonum:
Et CHRIstus contra vim se nudantis amictu
Subticet, ac nullas intonat ore minas.
Agnus quando subest lætanti cæde creurgo,
Non querulo matrem gutture poscit opem:
Taliter indignâ CHRISTUS se morte necantes
Fert, dirum tolerans ore silente nefas.
Quin & inauditi sese mactantibus ipse
Flagitij veniam, Patre tacente, rogat,
An, precor, hic non est perituro mitior agno?
Mitior atq; omni, mite quod esse potest.

ANIMIS ILLABERE NOSTRIS.

EMBLEMA XXIV.

IGnea linguarum vis, Numinis igneus ardor,
Enthea bissenûm corripit ora virûm.
Huic quoq; CHRISTE, tuam menti bonus insere flammam,
Ardeat ut jugi pectus amore Tui.

TANTùM CÆLESTIA CAPTO.

EMBLEMA XXV.

SOl prodit claro quom matutinus Olympo,
Expandit florem lutea Caltha suum:
Hinc per cærulei gradientem culmina tecti
Porrecto intuitûs flore secuta legit:
Occupat Hesperius Phœbi quom lumina somnus,
Explicitum floris contrahit ista sinum.
Sic ego Te, CHRIste, aut quando exorientia pan-
Occidua aut condis lumina, mente tuor. (dis,
Quoquò te vertas, animo sequor: omnia, terræ
Hortus me circum quæ generare potest;
Nil sunt: in Te uno fixum cor hæret: ocellos
Unius ad nutum claudo, recludo, meos.

RENOVATA JUVENTVS.

EMBLEMA XXVI.

ACcipiter placidi jucundum Solis ad æstum
Intorto plumas corrigit ore suas.
Lota supervacuis expurget corda lacernis,
Ut mens adfectûs exuat ægra nothos,
Ardet Justiciæ dium qui accedere lumen
Christigenæ, ac radijs incaluisse novis.

RATIS EST ECCLESIA CHRISTI.

EMBLEMA XXVII.

Cimba

CImba procellosis agitatur fluctibus, Euro
Per vada cæruleas conglomerante minas,
Fertur in immundo pia sic Ecclesia mundo,
Undiq; terrisonis Hoste furente globis.
Sæpè tyrannorum valido concussa tumultu,
Sorberi nigris illa putatur aquis.
Rex maris heic somnum placidis indulget ocellis,
Dissimulans proræ tanta pericla suæ.
Tempori at evigilat superatus mole precantûm,
Æolia & Coros legat ad antra truces.
Tum fera commoti sedat glomeramina ponti,
Naufragiÿ & quassam liberat ore ratem:
Quæ jam sidereum sedato turbine portum
Scandens, æternæ festa quietis agit.

SPES ALTERA VITÆ.

EMBLEMA XXIIX.

SEmen in herbosas vernum consurgit aristas,
Quod rigido enectum frigore pressit hyems:
Sic annoso hominum prælongæ frigore brumæ
Mortua pulveriuo quæ tegit ossa sinus,
Extremi diæ Maii rediviva calendæ
Elicient agili corpore, mente novâ.

INSOMNIS CVRA FACESSE.

EMBLEMA XXIX.

NUdus ut exorior terris, sic occido nudus:
Apparet formis Mors quoq; nuda suis.
Frustra

Frustra ergò placidos curis & honoribus annos
Turbarem ac dubias sorte lucracer opes.

BELLUA VICTA STYGIS.

EMBLEMA XXX.

E*Xsul Agenorides, socios ut vindicet, anguem*
Marticolam Aoniæ cuspidis are necat.
Atq; homines ultus socios Homo dius, Echidnam
Orcicolam ætherei roboris ære domat.

CULPA PEREGRINA EST ET PEREGRINA SALUS.

EMBLEMA XXXI.

M*Atris ob invidiam scopulis adfixa, Draconi*
Objicitur pulcri corporis Andromeda.
Hanc sed Abantiades juvenis miseratus, ab istis
Fortiter enecto liberat angue malis.
Nos etiam fastûs primæ genitricis & ora
Expositos Colubri dentibus ære ligant:
Sed melior victo CHRISTUS serpente redemtos
Fœderis æterno copulat igne sibi.

FAMA.

EMBLEMA XXXII.

H*Umanam excedens quæ fœmina tute staturã,*
Pes cui tangit humum, nubila celsa caput?
Sum soror Enceladi, Titanis filia, cælo
Non minùs ac terris invida, nota satis.

Quid?

Quid signant alæ? quorsum talaria gestas?
Sunt caduciferi quæ nota sola DEI.
Remigio volucrum celeri levis aëra sulco:
Quom gradior, talos provehit ala meos.
Cur, age, quadrifido gestatur buccina cornu?
Indicat accessum fortean ista tuum? (tractat,
Quicquid agunt homines, quicquid cæli incolæ
Mundi in bis duplices dissipat illa plagas.
Cur lusca es? quæ non vidi, mendaciter æquè
Ac spectata, hac re non proba Fama, cano.

SANCTUS AMOR PATRIÆ.

EMBLEMA XXXIII.

CErnis, ut in barathri fauces ardentis hiãtes
CURTIUS è volucri præcipitetur equo.
Scilicet ut patriam fœtenti liberet urbem
Morte, ultrò Stygijs it periturus aquis.
Tanta, locum, pietas illoti verticis, ergà
Natalem! in cæco pectore tanta fides!
Nos, caput immaduit sacro queis flumine tinctis,
Mens quorum diâ lucet adusta face,
Tardemus patriæ vitam sacrare periclis?
Curtius hac superet Nos pietate? nefas.

META TYRANNORVM.

EMBLEMA XXXIV.

NUnc, age, inhumanã fusi dispesce cruoris,
PERSA, sitim! arentes sanioso gurgite fauces,
Hume-

Humecta & pleno satiatus gutture pausa!
Sic peltatorum loquitur Bellona Getarum
Armipotens Tomyris, stagnanti sanguine peræ
Volsum humeris caput ut Cyri immersset. Ab illo
Exemplum moniti rarum captate Tyranni,
Quos dira extra fas belli protrudit Erynnis.

RABIOSI FOEMINA CORDIS.

EMBLEMA XXXV.

Cui sylvæ auscultant exsensaq; saxa canenti,
Et refluus torrens, mitis & ore leo;
Ebria fœmineæ Lyraedum insania turbæ
Dilacerat: tantum fœmina dira malum!
Durior ilicibus, saxis lapidosior, undis
Concitior, Lybicis horridiorq; feris.

EXTOLLIT FAMA POëTAS.

EMBLEMA XXXVI.

Tollere humo pansis se Struthio nititur alis,
Nec tamen hunc, tentum pondere, linquit humus.
At volucer pennis nitidum quatit aëra cycnus
Et quom volt, terris, quom lubet, instat aquis.
Non; qui sunt ortu grandes & mole superbi
Fortunæ, hos volucri Gloria portat ave:
Sed, quibus est cerebri lux enthea, mensq; sacrarũ
Dives opum, hos plumâ traduce Fama gerit.

CÆ-

CÆLITUS IMPENDET.

EMBLEMA XXXVII.

IMmodicâ Siculi fortunas laude Tyranni
 Fucantem, exsuvijs induit ille suis,
Laudatoq; aptat solio, dapibusq; saginat
 Regificis: qui jam se canit esse DEUM,
At capiti intētum pilo equino ut suspicit ensem,
 Mox sceptrum exanimis deliciasq; fugit.
Pendet inhumanis cælo vindicta Tyrannis,
 Innocuos dirâ qui feritate premunt.

OCCULTIS MERITIS DEBETUR GRATIA APERTA.

EMBLEMA XXXIIX.

UNda per occultos terrarum illapsa meatus
 Oceani, æternis flumina pascit aquis,
Inq; suam fluxu rursum exoneratur abyssum
 Conspicuo, hac matrem sorte professa Thetin.
Nos bona inexhausto diffusi ex æquore cæli
 Sugimus ignotis cottidiana vijs:
Quæ per grata decet manifestis amnibus ora
 Reddere, in Autoris fusa perennè sinum.

SPECIES IGNOTA MINERVÆ.

EMBLEMA XXXIX.

Tantus

TAntus Palladiæ decor est, ea gloria formæ,
Ut si oculis prendi sontibus illa queat,
Omnes in se hominum frontes intendat, & omnes
Dio animi sensûs raptet amore sui.
Hinc veniâ erroris dignus, cui contigit aureo
Ignotam malo præter ipse Deam.

JVDICIVM PARIDIS
EMBLEMA XL.

FOrtunâ genitos Juno promittit honores:
Pallas, opes animi: corpora pulcra, Venus.
Formosa est Juno; jucunda potentia rerum:
Bella Venus; Veneris gratia blanda, Pari:
Pulcrior at Pallas; melior doctrina. Voluptas
Et gaza intereunt: Ars bona jugè manet.
Ergò hanc judicis quia tu postponis inepto,
Lumine te vacuum pectoris esse doces.

ALIVD.
EMBLEMA XLI.

IUnonis patulo formam intuearis ocello;
Junonis poterit forma placere tibi.
Si Venerem spectes; etiam Venus ore decora est:
Pallada si videas; Pallas & ipsa nitet. (do est:
Tros judex Venerem extollit; Venere orta libi-
Junonem Lydus; Juno gubernat opes:
At qui mente videt Thebanus, utramq; reponens,
Dat formæ palmam, Pallas honora, tibi.

A.L.I.

ALIVD.

EMBLEMA XLII.

TIresias sacrâ nudatam Pallada veste
Spectans, luminibus nil capit inde suis.
Tros at Alexander, nudam contutus eandem,
Haud usu mœchi luminis inde caret,
Ast mente Hic cæcus; quà Dijs oculatior Ille est:
Sic ego Tiresias, non Paris, esse velim.

SIC SPECTANDA FIDES.

EMBLEMA XLIII.

NOn auri probitas tinnitu ac pondere solùm,
Exploratrici sed magè cote liquet.
Nec sincera fides gestu oreq; nota: probatur
Officio, mentes exsinuante pias.

NON SEMPER PRÆMIA FACTIS.

EMBLEMA XLIV.

PIscis ùt infelix maletuta ad littora duxit
Absorptum pelagi tetricitate virum;
Heu, miser egestæ defixus inhæret arenæ:
Et precium est facti mors inopina boni.

PIETATEM NVMINA SPECTANT.

EMBLEMA XLV.

Hu-

TAntus Palladiæ decor est, ea gloria formæ,
Ut si oculis prendi sontibus illa queat,
Omnes in se hominum frontes intendat, & omnes
Dio animi sensûs raptet amore sui.
Hinc veniâ erroris dignus, cui contigit aureo
Ignotam malo præter ipsse Deam.

JVDICIVM PARIDIS

EMBLEMA XL.

FOrtunâ genitos Juno promittit honores:
Pallas, opes animi: corpora pulcra, Venus.
Formosa est Juno; jucunda potentia rerum:
Bella Venus; Veneris gratia blanda, Pari:
Pulcrior at Pallas; melior doctrina. Voluptas
Et gaza intereunt: Ars bona jugè manet.
Ergò hanc judicio quia tu postponis inepto,
Lumine te vacuum pectoris esse doces.

A L I V D.

EMBLEMA XLI.

IUnonis patulo formam intuearis ocello;
Junonis poterit forma placere tibi.
Si Venerem spectes; etiam Venus ore decora est:
Pallada si videas; Pallas & ipsa nitet. (do est:
Tros judex Venerem extollit; Venere orta libi-
Junonem Lydus; Juno gubernat opes:
At qui mente videt Thebanus, utramq; reponens,
Dat formæ palmam, Pallas honora, tibi.

ALI-

ALIVD.

EMBLEMA XLII.

TIresias sacrâ nudatam Pallada veste
Spectans, luminibus nil capit inde suis.
Tros at Alexander, nudam contutus eandem,
Haud usu mœchi luminis inde caret,
Ast mente Hic cæcus; quâ Dijs oculatior Ille est:
Sic ego Tiresias, non Paris, esse velim.

SIC SPECTANDA FIDES.

EMBLEMA XLIII.

NOn auri probitas tinnitu ac pondere solùm,
Exploratrici sed magè cote liquet.
Nec sincera fides gestu oreq; nota: probatur
Officio, mentes exsinuante pias.

NON SEMPER PRÆMIA FACTIS.

EMBLEMA XLIV.

PIscis ùt infelix maletuta ad littora duxit
Absorptum pelagi tetricitate virum;
Heu, miser egestæ defixus inhæret arenæ:
Et precium est facti mors inopina boni.

PIETATEM NVMINA SPECTANT.

EMBLEMA XLV.

Hu-

Humanum fluctu projecerat unda cadaver,
Id miserans, fosso littore, condit homo;
Cui terra occultam multi vim detegit auri:
Mercedem pietas non fugit ulla suam.

IN CAPRAM BIPEDEM.

EMBLEMA XLV.

Rodere Apellineam ni cessas, Bestia, sylvam;
Hostica mox Phœbo tela vibrante cades.
Vindex ille tibi stolidâ de fronte revellet
Cornua, vim celso queis minitare polo.
Pòst etiam rabidos collidet forcipe dentes,
Quam captas fiet sic tibi fama fames.

HVMILIS LATET, VRETUR ALTUS.

EMBLEMA XLVII.

INdicens Muri laudandæ prælia sortis,
Fortunamq; levans ebria Musca suam;
Tu miser es turpi genitus de stercore cœni,
Ast ego nobilibus procreor, inquit, avis:
Tu colis umbrosas obscurâ sede cavernas:
Ast ego magnorum tecta pererro Ducum.
Tu deformis humi reptans, abscondita quæris,
Ast ego celsa alis tollor ad astra citis.
Interea limo tectum subit ille foramen,
Hæc præceps rapidi passeris esca perit.
Nulla premunt humiles Aquilonis flamina colles,
Sed validas Euri percipit Ossa minas.

LIN.

LINGVA TRISVLCA PERI.

EMBLEMA XLIIX.

OBtrectatoris fera lingua tricuspidis instar
Hastæ, terna uno verbere signa premit:
Namq; ipsam primo sese convolnerat ictu,
Dum luteo nomen polluit ore suum.
Pòst auscultantûm fictis rumoribus aures,
Atq; malignâ animos credulitate, replet:
Tum purum insontis lutat atro stercore famam,
Expurgans quod non abluet omne Thetis.
Ehem, Cerberiæ telum exsecrabile linguæ
Tactum agat in Stygios fulminis ira lacûs!

FRANGITVR IN SOLIDO.

EMBLEMA XLIX.

STat ruri petra cautes immota: resultant
Spicula ad autorem, fracta potenter, Anum.
Nomen in insontis quæ tela Calumnia vibrat,
Quassa retrò, Dominæ jam nocitura, volant.

EST HOMINI CVSTOS HOMO.

EMBLEMA L.

UT rigidis sævi tutatur ab unguibus Ursi
Cum socio vitulum conjuge Cerva suum:
Sic hominem fortis imbellem, dives egenum,
Propugnet quovis turbine fortis, Homo.

IDEM

IDEM HOMINI LVPVS EST.

EMBLEMA LI.

STernit ut innocuos Lupa trux immaniter agnos;
Balantesq; pari Marte cruentat oves:
Sic toto orbe greges hominum populatur inermes
Turba Lycaonijs impetuosa vijs.

CICNVS.

Ad amicum.

EMBLEMA LII.

IDaliæ similis volucri, vir magne Poëta,
Est, Peges sacro lotus in amne caput.
Albus utriq; color: vox est utriq; canora:
Phœbus utriq; præest: amnis utriq; placet.
Porrò sicut Olor strepitus modulatur honoros,
Non nisi quom Zephyri nobilis aura tepet:
Sic mihi nunc etiam taciturna quiescit Aœde,
Quom, Zephyrus, tua nō hanc ciet aura, meus.

MIHI PONDERA LVXVS.

EMBLEMA LIII.

DEnsa Ceres nimiùm gravidis procumbit aristis,
Merges luxuriâ deprimiturq; suâ.
Ingenuis ita opes animis & crassa voluptas
Sæpè nocent, frugem decipiuntq; bonam.

CO-

COPIA OBEST MULTIS.

EMBLEMA LIV.

Culmus uterq; agro spicis increscit eodem,
Ac sese mirâ disparitate levat.
Diversa hoc præstat cultura: Illum erigit altè,
Mox frangendum, udo gleba lutata fimo;
Hic, quem suppeditat tellus inculta, vigorem
Lentè alit, & rectâ fert brevitate caput.
Ingenium extollit sors ampla premitq; : salini
Res parca erectum sustinet ingenium.

MULTIS OBSISTIT EGESTAS.

EMBLEMA LV.

Dispar contiguus, Segetē, quæ adolescit in arvis,
Una Ceres peperit, sevit & una manus.
Erigit hanc sparsi lætamen pingue fimeti:
Illam jejuni tardat arena soli.
Quos eadem peperit juvenes Natura, Minerva
Quos eadem erudijt, non levat unus apex.
Alter opum scalis conscendit ad alta: sed Alter
Fortunâ domitus paupere, repit humi.

BONUM CRUDELE VOLUPTAS.

EMBLEMA LVI.

Papilio accensos candelæ fertur in ignes
Ultrò, delicijs immoriturq; suis.
Quàm mala, nil homini est magis exitiale, Volu-
Quæ fatuum digno corripit exitio. (ptas,

CÆCUS AMOR PROLIS.
EMBLEMA LVII.

SImia tàm stolidis in prolem adfectibus ardet,
Sæpè ut complexu pignora fota necet.
Quorundam haud aliter non tempestiva paren-
Flamma sui perdit corda novella satûs. (tum

FORTIS PATIENTIA UT ACTUS.
EMBLEMA LIIX.

DExtram errore oculi falsam, quæ erraverat i-
Exardens, sacro Mutius igne cremat: (ctu
Atq; his attonitum pellit virtutibus Hostem,
Vindicat & patriæ libera jura suæ.
Hoc agere atq; pati sit fortiter! unde reciso
Alterutro. virtus dimidiata perit.

PROSPER UTERq; MARI.
EMBLEMA LIX.

EXortu quoties Pollux & Castor eodem
Se geminant, velis prospera signa micant.
Alter ubi scandit, pelago occultante maritum,
Prudens infaustum navita tardat iter.
Provida lex capitis, manuumq; cæva potestas,
Utile par: cujus dissita membra nocent.

LABOR OMNIA VINCIT.
EMBLEMA LX.

QUis tot monstra domet? captos tot vindicet?
Rerum difficiles tot penetrare moras? (ausit

una

Una quot Oethei virtus Herois: ab illo
Disce, laborisequis Numen inesse viis.

OMNIA VINCIT AMOR.
EMBLEMA LXI. Samson.

C*Laudere quō nequijt bipatentibus ænea val-*
Moles, aut vinctum ducere mille viri, (*vis*
Captivum excæcat Paphius puer, atq; meretrix
Abscissis miserum crinibus esse facit.

DAVID.
EMBLEMA LXII.

S*Anctum vis animi quem relligiōsa probati*
Fecerat, & cordi perplacuisse DEI,
Cypris Jessigenam furioso ardore cremavit,
Raptum in gymnasij castra profana sui.

SALOMON.
EMBLEMA LXIII.

S*Ed te [cunctarum domitrix Sapientia rerum*
Humanū, Schelomo, quem super omne tulit]
Te quom blanda, Venus malesuadis ignibus à Te,
Atq; DEO, ad truncos pellicuisse quijt,
Quis jam cordivori tædis obsistat Amoris,
Eximat aut Paphio colla superba jugo?

ET DII SUPERANTUR AMORE.
EMBLEMA LXIV.

E*Cce, tenellorum violentia præpes Amorum*
Rapta ut cælicolis efferat arma Dijs;

B 4 Ful-

CÆCUS AMOR PROLIS.
EMBLEMA LVII.

SImia tàm stolidis in prolem adfectibus ardet,
Sæpè ut complexu pignora fota necet.
Quorundam haud aliter non tempestiva paren-
Flamma sui perdit corda novella satûs. (tum

FORTIS PATIENTIA UT ACTUS.
EMBLEMA LIIX.

DExtram errore oculi falsam, quæ erraverat i-
Exardens, sacro Mutius igne cremat: (ctu
Atq; his attonitum pellit virtutibus Hostem,
Vindicat & patriæ libera jura suæ.
Hoc agere atq; pati sit fortiter! unde reciso
Alterutro. virtus dimidiata perit.

PROSPER UTERq; MARI.
EMBLEMA LIX.

EXortu quoties Pollux & Castor eodem
Se geminant, velis prospera signa micant.
Alter ubi scandit, pelago occultante maritum,
Prudens infaustum navita tardat iter.
Provida lex capitis, manuumq; coæva potestas,
Utile par: cujus dissita membra nocent.

LABOR OMNIA VINCIT.
EMBLEMA LX.

QUis tot monstra domet? captos tot vindicet?
Rerum difficiles tot penetrare moras? (ausit
una

Una quot Oethei virtus Herois? ab illo
Disce, laboriseqnis Numen inesse viys.

OMNIA VINCIT AMOR.
EMBLEMA LXI. Samson.

C*Laudere quod nequiit bipatentibus ænea val-*
Moles, aut vinctum ducere mille viri, (vis
Captivum excæcat Paphius puer, atq; meretrix
Abscissis miserum crinibus esse facit.

DAVID.
EMBLEMA LXII.

S*Anctum vis animi quem relligiosa probati*
Fecerat, & cordi perplacuisse DEI,
Cypris Jessigenam furioso ardore cremavit,
Raptum in gymnasij castra profana sui.

SALOMON.
EMBLEMA LXIII.

S*Ed te [cunctarum domitrix Sapientia rerum*
Humanũ, Schelomo, quem super omne tulit]
Te quom blanda, Venus malesuadis ignibus à Te,
Atq; DEO, ad truncos pellicuisse quijt,
Quis jam cordivori tædis obsistat Amoris,
Eximat aut Paphio colla superba jugo?

ET DII SUPERANTUR AMORE.
EMBLEMA LXIV.

E*Cce, tenellorum violentia præpes Amorum*
Rapta ut cælicolis efferat arma Dijs;

Fulmineum Regi sceptrum, lassoq; tridentem
Neptuno, atq; enses, magne Gradive, tibi.
Ægide non Pallas, non pollet Apollo pharetrâ:
Alcides clavæ robur inane gemit.
Qui rapiant Homines isti sua pectora telo,
Cujus ab insidijs Numina victa jacent?

AMOR IMMEDICABILE VOLNUS.

EMBLEMA LXV.

IPse sui agnoscit medicamina volneris; ipse
Sanat privatâ se quoq; Cervus ope:
At mihi, cordivoris qui saucior ignibus, orta est
Orbis in omnigeno nulla medela solo.

DELENIT MUSA FURORES.

EMBLEMA LXVI.

COmmotum furijs Saulem Jessæus Arion
Sedavit cytharæ dulcicrepante chely.
Tacta melancholicos pellit Testudo furores:
Illa potest hominem restituisse sibi.

LATET ANGUIS IN HERBâ.

EMBLEMA LXVII.

LUxuriâ florum quæ multicolore superbit,
Anguibus est nocuis fæta latenter, humus.
Florida sic multis numerorum est gratia libris,
Sed tacitum pulcrâ virus in arte latet.

ALITER.

Queis

QUeis teneri verno carpuntur gmmine flores,
Sapè, latens herbis, vipera cauta nocet.
Quiq; ex obscœnis versus argutaq; libris
Dicta legunt, pueros tecta venena lutant.

QUò MINUS HòC PROPIùS.

EMBLEMA LXIIX.

BEllorum ex usu clypei manavit origo,
Tectus ab adversâ quo nece miles erat:
Hunc quisq; ad lubitum signabat imagine picta,
Olim: at signa modò gestat avita nepos.
Vir Lacedæmonius scuto, quod grande ferebat,
Exilis Muscæ pinxerat effigiem.
Civibus ut timidi signum ridentibus, Idem,
Forris, ait, magis hæc est nota certa viri:
Nempe ego vicinis sic hostibus ense propinquo,
Ut minimũ hoc oculis prendere deigma queant.

SUFFICIAT SORS PARCA TIBI.

EMBLEMA LXIX.

GRandi contendens imitari pectore Taurum,
Inflatur capto Rana proterva Noto.
Filia dissuadens; Taurini ventris omasum,
Non æquas, rumpes ilia, Mater, ait.
Illa Bovem spirans, profligat tuta monentem,
Utq; iterum intumuit corpore, rupta perit.
Dos sua cuiq; : boni fortunam consule: prosper,
Intra qui sulcos ducit aratra suos.

ID LARVA MERETUR.

EMBLEMA LXX.

EN personati faciem denudat Amici,
Qui larvam baculo dilacerante ferit.
Certè gypsatos, injuria nulla, sodales
Fucosis animi dispoliare notis.

IN EANDEM IMAGINEM.
EMBLEMA LXXI.

L*Audatâ nostro virtute Politicus ævo est,*
Qui mentem linguâ dissimulare potest,
Hunc ubi Aletheja Candor satus occupat, atrum
Verbosi ingenium nudat honore pepli.

PROSTIBULI DECUS.
EMBLEMA LXXXII.

A*Nnulus ut scrophæ rostro suspensus: bonorem*
Ornatus comtæ sic meretricis babet.

DAMNATA INVIDIES.
EMBLEMA LXXIII.

I*Ncubat arctato fœni Canis hirta maniplo,*
Ac depasturos nequiter arcet equos.
Hinc patet Invidiæ nimiùm crudelis imago,
Sorte alios privans, quâ nequit ipsa frui.

CONCUSSUS SVRGO.
EMBLEMA LXXIV.

Q*Uò terræ incutitur pulsu graviore, resultat*
Altiùs hòc tumidæ concava sphæra pilæ.
Ignea præcipiti Virtus quom sternitur ictu,
Celsius erectum tollit ad astra caput.

HAUD

HAVD SIDIT INANE.
EMBLEMA LXXV.

QUodvis sincerum liquidis immergitur ovum,
Putre super tactas omne levatur aquas.
Est hoc ingenijs curâ distantibus, aptum:
Quippe animo, ut studiũ, sic quoq; pondus in-
Mens, illibato rerum ebria fonte bonarum, (est.
Mergitur ac humili fert sua lucra pede.
Est ignobilium quæ fœta putredine morum,
Fluctuat ac celso fert sua damna gradu.

GARRVLA FVTILITAS.
EMBLEMA LXXVI.

STridula motat ovans pupus crepitacula, queis
Ingratum præter, gratia nulla, sonum. (est.
Improba garrulitas & inanis copia fandi
Est crepera stolidum quid nisi vocis opus?

INSISTE PRECANDO.
EMBLEMA LXXVII.

MUnus, Aristippi, Siculus non vile tyrannus
Orantis clausâ respuit aure preces.
Ergò stratus humi talos amplectitur ille
Regis, & hoc voti nomine compos abit.
Factum id carpenti: Mea non est culpa, sed ejus,
In talis aures cui stabulantur, ait.

CONNUBII DVLCIS AMAROR.
EMBLEMA LXXIIX.

EN personati faciem denudat Amici,
Qui larvam baculo dilacerante ferit.
Certè gypsatos, injuria nulla, sodales
Fucosis animi dispoliare notis.

IN EANDEM IMAGINEM.
EMBLEMA LXXI.

LAudatâ nostro virtute Politicus ævo est,
Qui mentem linguâ dissimulare potest,
Hunc ubi Alethejâ Candor satus occupat, atrum
Verbosi ingenium nudat honore pepli.

PROSTIBULI DECUS.
EMBLEMA LXXII.

ANnulus ut scrophæ rostro suspensus: honorem
Ornatus comtæ sic meretricis habet.

DAMNATA INVIDIES.
EMBLEMA LXXIII.

INcubat arctato fœni Canis hirta maniplo,
Ac depasturos nequiter arcet equos.
Hinc patet Invidiæ nimiùm crudelis imago,
Sorte alios privans, quâ nequit ipsa frui.

CONCUSSUS SVRGO.
EMBLEMA LXXIV.

QUò terræ incutitur pulsu graviore, resultat
Altiùs hòc tumidæ concava sphæra pilæ.
Ignea præcipiti Virtus quom sternitur ictu,
Celsius erectum tollit ad astra caput.

HAUD

HAVD SIDIT INANE.
EMBLEMA LXXV.

Quodvis sincerum liquidis immergitur ovum,
Putre super tactas omne levatur aquas.
Est hoc ingenijs curâ distantibus, aptum:
Quippe animo, ut studiũ, sic quoq; pondus in- (est.
Mens, illibato rerum ebria fonte bonarum,
Mergitur ac humili fert sua lucra pede.
Est ignobilium quæ fœta putredine morum,
Fluctuat ac celso fert sua damna gradu.

GARRVLA FVTILITAS.
EMBLEMA LXXVI.

Stridula motat ovans pupus crepitacula, queis (est.
Ingratum præter, gratia nulla, sonum.
Improba garrulitas & inanis copia fandi
Est crepera stolidum quid nisi vocis opus?

INSISTE PRECANDO.
EMBLEMA LXXVII.

Munus, Aristippi, Siculus non vile tyrannus
Orantis clausâ respuit aure preces.
Ergò stratus humi talos amplectitur ille
Regis, & hoc voti nomine compos abit.
Factum id carpenti: Mea non est culpa, sed ejus,
In talis aures cui stabulantur, ait.

CONNUBII DVLCIS AMAROR.
EMBLEMA LXXIIX.

RES habet una duo secum pugnantia; Amarũ
Dulceq́ʒ: si absuerit primũ, hæc res cælica res sit
Altera si desit pars, res afflicti issima rerum.
Quom verò alternis vicibus se librat utrumq́ʒ,
Dulce & Amarũ, eadem res est jucunda: Proinde
Horum absq́ʒ alterutro res nulli optabilis illa est.

PROPRIA ARMATVRA VIRORUM.

EMBLEMA LXXIX.

COrnua sunt validis Naturæ munere Tauris:
Est & frænigeris ungula præpes equis,
Est Lepori velox curtanti in crure potestas:
Iratis adfert unguibus arma Leo.
Piscibus est celerans maris alta per arva natatus:
Mobilis in celsâ nube volatus Avi.
At concessa Viris Prudentia militat: armis
Omnibus hæc tacito fortior una modò.

SVPERATVR FOEMINA VICTRIX.

EMBLEMA LXXX.

FÆmineum genus est speciosæ robore formæ
Armatum: hac omnis vis labefacta cadit.
Ipsa quoq́ʒ altarum genitrix Prudentia rerum
Porrexit victas huic superata manûs.
Unum se vinclis Tempus rapit: illius: Unum
Conficiens illam, quæ domat omne, terit.

TUR-

TVRPIS AVARITIES.
EMBLEMA LXXXI.

Quænam fœminei sexûs ea nautea? terram
Cernua cur spectat? quæ malesuada co-
Turpis Avaritiæ species hæc: nescia cæli (mes?
Captat humum: comes hæc est furialis anus.
Hanc fuge; quisquis amas integræ nomina famæ:
Cælorum portas, hanc fuge, quisquis amas.

NVNQVAM REPLETVR AVARVS.
EMBLEMA LXXXII.

Tantalus (en) medijs nunquã satiatur in un-
Æquora cũ pomo dum fugitiva petit. (dis,
Haud secus, immanis rerum qui gurges, Avarus
Inter opum fluvios ore rigente sitit.

PRÆSENS AMTTIT AVARVS.
EMBLEMA LXXXIII.

Impasto subiens plenum Canis ore macellum,
Mactati partem surripit inde bovis:
Dumq; amnem superans furto lætatur inani,
Una, quod una dedit, subtrahit hora cibi.
Namq; pari captat dum lusus imagine falsam
In lymphâ prædam, quam gerit, illa perit.

SIC PEREVNT QVÆSITA MALè.
EMBLEMA LXXXIV.

B 5 Quem

QUem ruri furtim Leporem deprendit, in urbē
Villicus accepto mutet ut ære, gerit.
At fera, dimidio quæ jam semisse liceret,
Expediens manibus se, fugit urbe, pigris.
Ex ortu pendet rerum sors ultima: casu
Omnia præcipiti, non benè parta: ruunt.

NVMEN OPVM.
EMBLEMA LXXXV.

DIs ego; quem peperit Casu Fortuna marito:
Tam simils matri, quàm cluet ipsa sibi.
Priva oculis oculis privum generavit: uterq;
Hinc fatuâ indignos prosperitate beat.
At tardis claudo mI gressibus incedenti
Incedit tardis gressibus illa comes.
Rursum ego quom fugiens tacitas rapio æra per
Me præit anticipans ocior illa fugam. (umbras,
Quisquis es, amplexu venientē adstringe tenaci:
Quo fugiente, manet Cura; manente, fugit.

EMENDANT VERBERA LENTOS.
EMBLEMA LXXXVI.

ILignum, coluit tritó quod poplite, Numen.
Incassum æra rogans indigus æris Homo,
Tandem animi præceps saxis illidit: & aurum
De cerebri rupto funditur, ecce, tholo.
Heic ille: ô Divûm tu perversissime! cultus
Nil das: mulctatus duriter, æra vomis.

Du-

Durateis homines animis reverentia maccos,
At censura bonis impetuosa, facit.

IMPROBA SEGNITIES.
EMBLEMA LXXXVII.

SEgnitiem quisquis vivo cupis ore tueri,
Respice colla Asinæ desidiosa pigræ.
Non levat hæc caput, ut jejunia gramine pellat:
Utq; animum pascat, non levat ista caput.

PROPRIUS ETS HOMINI LABOR.
EMBLEMA LXXXIIX.

QUeis Natura dedit fingens sua corpora rebus,
Membra & corporibus tradidit apta suis.
Sic volucres junctis ab humo se tollere pennis
Fecit, & aërijs velificare plagis.
Squammigeras verò pecudes luctantia pinnæ
Crura jubent liquidis ire redire vijs.
At vario humanos operi conformiter artûs
Edidit: hinc manuum robora, fulcra pedum.
Væ, quibus utilium colitur fugitiva laborum
Segnities, rebus res inimica bonis!

ORA ATq; LABORA.
EMBLEMA LXXXIX.

URendi plostrum ligni dum vectat equiso,
Hæret in obnixo, vah, rota mersa luto:
Ergò considens lacrumis Heraclea fusis
Poscit opem: nec abest hinc DEUS; adstat, ait:

Subrige te, tortis & equos incende flagellis,
Atq; rotis pigras, improbe, fige manûs;
Tumq; DEI votis inclama numen odoris:
Quippe labori fugas non amat ille preces.

IN STVLTO CORDE PHILAUTUM.

EMBLEMA XC.

FAstidit nymphas juvenis Cephisius omnes,
Inde sui insano raptus amore perit.
Te quoq;, Laurigeras qui despicis ore Camœnas
Fastoso, Nemesis perduet igne tui.

VIS VICTA LYÆI.

EMBLEMA XCI.

QUælibet extremum nunc ars propè venit ad usũ,
Nec datur humano longiùs ire pedi
Vis Bacchi exemplo est metuẽda Leonibus antè,
Nunc hominũ facili quam domat arte manus.
Namq; superfusâ commotum reprimit undâ
[Hem!] rudis, & nullo dignus bonore, puer.

MENS CLAVDICAT, VT PES.

EMBLEMA XCII.

CLaudus es ingenio sicùt pede: sæpius acta
Externæ produnt interiora notæ.

NASCETVR RIDICVLVS MUS.

EM-

EMBLEMA XCIII.

Molitur trepido Mons monstrum nobile partu,
Statq; pavēs tristi rustica turba metu;
Ac dum Centauros exspectat, Musculus, ecce,
Prodit: & in risum solvitur ille timor.
Et quota pars hominum vasta molimina curæ
Istius simili parturit exodio?

DRVNCKHARDI TVMVLVS.
EMBLEMA XCIV.

Heic situs est madidi Drunckhardus fama duelli,
Vivere, *dum vixit*, cujus erat Bibere.

MORS AD STAT VBIq;.
EMBLEMA XCV.

Adversum Soli corpus non deficit Umbra:
Et quò se vertit, Mors comitatur, homo.

INGRATI GRATIA MORS EST.
EMBLEMA XCVI.

Frigore concretum miseratus recreat anguem
Agricola in tepido, nescia fata, sinu:
Sputo mortiferi quem sauciat ille veneni,
Pro vitâ regerens, hostica dona, necem.
Officio improbitas sic læditur omnis: ab illâ
Non dispar meritis gratia nulla venit.

VANè GRANDILOQVI.
EMBLEMA XCVII.

COnsuetudo fuit nativa Laconibus, omne
Dicendum argutâ cum brevitate loqui.
Horum, ecce, evelsis qui nudat Aëdona plumis,
Vox, *inquit*, tute es, prætereaq; nihil.
Lusciniam verbis, tacito sed pectore carpit,
Queis est granditonans nil nisi lingua, viros.

SPECIES MENTITA COLUMBI.
EMBLEMA XCIIX.

VAh! quàm non justè pacati schema Columbi
Adpensum est valvis, Hospes inique, tuis!
Voltur es aut Milvus, vel si quid fœdiùs istis
Deplumat teneras & populatur aves.
Unde κατ᾽ ἀντίφρασιν *mihi diceris Hospes: & hospes*
Hospitio tecum post ego nullus ero.

IN COQVVM
EMBLEMA XCIX

EXiguus patinâ fertur cur Lucius amplâ?
Non discus ventri, sed caro tosta, placet.
Magnum ergò ingenti piscem fer deinde catino,
Aut lancem ferclis trade, Magire, parem.

PERFER & OBDVRA.

[Symbolon Autoris.]

EMBLEMA C.

Quis-

Quisquis ad æthereum luctâ Virtutis asylum
Niteris, invictus me comitare pedes.
Aspera dumosis latè via rupibus horret,
Ardua præcipitis caute minace jugi.
Scipio me fulcit Pietas: Vigilantia cristæ
Lucicanæ, atq; Anguis cauta senecta, regunt.
Nec tardat spissis umbrosum clima tenebris:
Extricat gressûs dia Lucerna meos.
Simplicitas Fidei, pennis induta Columbæ,
Intorquere retrò lumina certa vetat:
Lumina protentam cœlo spectantia Dextram,
Ultrò fatalem quæ mihi porgit opem. (stum
Heu! Durum (*inquis*) iter! *durũ minùs illud onu*.
N I saxo dorsum pondera mira gravent.
Perfer & obdura! *Mens inquit.* Proijce molem!
Sanguis ait. tecum, Mens, ego: Sanguis abi.
At Styga magnificis hilares properate quadrigis,
Queis lubet! hàc tristi me juvat ire gradu.



A D

Divum Romanorum Imperatorem

NEC NON

Illustrissimos S. Imperij Electores ac Principes.

ESSE reor septos humano pectore talpas
Qui summo rerum cælestia tecta Parenti
Mu-

Mutato cupiant fato rellinquere; cunctis
Terrarum imperijs sit fas modò jugè potiri;
Usq; adeò regnis inhiat mortale caducis
Psalma, nec æternos animo vestigat honores!

Quorum perpetuo cura est (Vah) barbara
Supra se insano titulorum surgere fastu, (*Regñ*
Mille per humani discrimina plena cruoris,
Quis senssûs illis adsidera dixerit ullos?
Hic te, TURCA, furor nimiùm malesuadus ad
Impia agit: hæc te rabies in prælia cogit. (*arma*
Quem, precor, incessis furijs? Hominesnè? Deũve?
Sin Homines: *Hominum certè fortissima cernes*
Pectora, pectoribus nunquam cessura tuorum,
Pectora Threicijs Turcarum impervia telis:
Martia Pannonicæ dudum quid fulmina possint
Bellonæ, experta es Fera, plus quàm bellua; bello
TURCA domande tuo: Si nondũ insana quiescit
Sævitia, stringent communia Teutones arma,
Teutones æratis acuentes prælia turmis,
Nescia gens vinci, junctis concordia tollat
Si vexilla animis; gens parcere nescia victis,
Christiani diros vincat si nominis hostes:
Quam trux adversum tentabit acinacis, Hector
Quod magnũ infelix contra molitus Achillẽ est.
Tu tamen armato persuasus, TURCA, furore
Hunc frænare tuâ populum conaris habenâ?
Quanta forent muscis operarum pondera. vastũ
Exsiccaturis mundani gurgitis æquor,

Tan-

Tantæ molis erit Germanum sternere Martem.
Sin verò superum, furiali percitus œstro,
Deturbare paras cælide vertice Regem;
Regem, divino qui condidit omnia verbo,
Terrasq; tractusq; maris cælumq; profundum;
Heu nimiùm vanus reprobum conatibus orbem
Cogis in auxilium! vano magis, improbe, nisu
Bella cies, quàm si (res non indigna cachinno)
Fictilis autorem contra se subrigat olla.
Quod si te facerent aliena pericula cautum,
Terrigenûm legeres discrimina prisca Gygantum,
Quos pater omnipotens, astris crudele minantes
Excidium, struerent vectos quom ad sydera mōtes,
Fulmine disiecit rutilo, sparsosq; sub undas
Præcipitans Erebi tellurem peste levavit.
Te quoq;, Threiciûm dux imperiose latronum,
Omniregens pariter contundet fulmine CHristus,
NI sistas scelerare minis venerabile Numen,
Quo collapsa trahent mox indignante ruinam
Terræq; tractusq; maris cælumq; profundum.
Surge age, Romanis venerabile quē penes orbis
Arbitrium, soli rerum cui summa potestas
A summo concessa DEo est, ter maxime CÆRar!
Surge age, nec veteris nimium crudele Magogis
Fer latrocinium posthac! ne differ in annos
Annorum comites illum pessundare! fædo
Carceris è stabulo tandem agmina Christicolarū,
Innumerabilium simul agmina Christicolarum,
Eripe

Eripe, raptoris miseros ut ab unguibus agnos
Liberat, incedens per spreta pericula, pastor.
Illi te noctu flentes, tua luce gementes
Arma vocant: armis armato obsiste furori.
Haud illi pax est cordi, REX MAGNE, sequestra:
Hostis eum signis victricibus urget Eous,
Quo belli junctis oppresso viribus, in Te
Vertet crudelis iterum Thrax Turcicus iras.
Nunc Hostem melius dirum anticipare sacratis
Militiæ signis, harpe dum distinet alter
Adversâ implicitum, quàm aut fixâ sede morari
Mox debellatis Persarum atrociter ausis
Magnanimum, aut falsò textâ illic pace ferocem.
Insta, dum cogit latronem cedere Persa
Threicium includens bifidi discriminis igne:
Haud secus ac tristis ventorum turbo carinam
In Siculo arripiens ponto, sævisq; coarctans
Littoribus, nunc huc volvit nunc projicit illuc.
[Si tamen augustæ potior sententia mentis
Diversum à nostro jubeat concernere suasu,
Hæc nullo fuerint censenda in pondere dicta]
Non DEUS ultrici frustra te maximus ense,
Accinctum in solio tanti splendente locavit
Imperij, terræ statuens Dominumq; DEUMq;:
Ergò pharetratum minimè patiere Tyrannum
Arbitrij divina tui convellere jura,
Spes hominum CÆsar, terrarũ gloria CÆSAR.
VOS, ô Teutonicæ quot respicit alta coronæ

Glo-

Gloria, Marte, DUces, animoso & sanguine creti
Militis Herminij prisco, Vos Marte Tyrannum
Germano frænate trucem! non conscia vobis
Pectora virtutis desunt : cordata juventus
Ardet inhumanum contundere viribus Othum.
Ipsemet astrifero mundi regnator ab axe
Spondet opem, vexilla gerens & scuta ministrãs.
Miles ego argutis comitabor versibus, acres
Instigans turmas, ut laudis aromata quærant
Eximiè gestis pro CHRISTO *ac Cæsare rebus:*
Quis fugiat sacrum pro CHristo ac Cæsare bellũ?
Sancti Vos Capitis membra indivisa: nihil pes,
Nilvé manus citra augustæ moderamina frontis;
Tantundem excelsus manuum sine robore vertex
Et sine crure potest: VOS brachia CÆSARIS, & Vos
Crura, DUCES: Capiti Vos suffecisse probato
Arma virosq; decet, sed & armorumq; virûmq;
Atq; gerendarum nervos, aurum æraq;, rerum.
Sic ille antiquum gentis revocabit honorem
Teutonica palmis toto victricibus orbe:
Sic concisa ruet quæ Asia vis incubat actæ
Sub crudele jugum, & Thrax Hercule Cacus ab illo
Mactatus, pecori Christiano parcere discet:
Omnis quadrifida plaga sic telluris in omnes
Germani famam protendet nominis annos.

FINIS.

Mili-

MILITIA HOMINIS CHRISTIANI.

Autore RIC: B.

Recta probo: perversa sequor: præsentia damno: (terris
Damnata amplector, cupio cælestia
Hæreo; memet amo: mihi me contrarius odi:
Consector pacem sine pace, Reciproca mecum
Belligero. Totus comburor & algeo: Præceps
Cum cado, consisto. Sanor dum langueo. Lætor
Dum me dedecoro. Morior, dum vivo. Triumpho,
Dum superor. Curis me pasco; & gaudia capto.
Impero, cui demens subservio: Liber aperto
Expatior cælo: Sed nec me carcere solvo.
Me lædo, me ludo. Mihi mitisq; feroxq;
Damna creo, bilemq; cio, Splenemq; lacesso:
Somnia sæpè amens me somnia cernere somno:
Caligo vigilans: mirâ vertigine mentis
Nunc huc impellor, nunc volvor fluctibus illuc.
Meq; seco in partes varias, perq; omnia verso.
Quod petij, sperno, repeto quod nuper omisi. (ro.
Cras hodie, hoc, aliud, jam, mox, nihil, omnia quæ-
Miles hebes serò Clypeum post vulnera sumo:
Efferor in vetitum præceps: Declivia mecum
Sunt vitia: acclivem virtus petit ardua montem.

Fasq;

Fasq; nefasq; mihi, parvo discrimine dist a u
Quod libet, idq; licet. Quæ tanta insana libido
Audit hoc, atq; audet: Furor hoc meus audit &
Relligionis iners custos, timidusq; satelles, (audet.
Arma Dei perdo, stationem desero. Facti
Sons fugio mulctam, non insons horreo culpam
Ut culpam vitasse nova est occasio culpæ?
Saxa memor refero (Sic disco cavere cadendo)
Rursus ad jcta pedem. Pereo vivusq; vidensq;
Ipse ipsum perimo prudensq;, volensq;, sciensq;:
Me medicū mihi quæro: nocensq; ægresco medēdo.
Dum cupio sedare sitim, sitis altera sævit.
Dum pereo flammis, occido sulphure flammas.
Dum sisto undantes undas, undantius undant.
Sic me peste juvat medicina nocentior: ulcus
Ulcere sano mihi, demulceo vulnere vulnus.
Heu! quas inducias, atq; impia fœdera, pango
Cum scelere, & Satanâ, fontisq; cupedine vitæ?
Quas soleo cassas peccandi innectere causas?
Ut vana illustri prætexo pallia culpæ?
Scribitur in glacie, pluviâ indice, testibus Austris
Prima redempturum me brutæ tempora vitæ:
Ac cito me solitus rapit in contraria vortex,
Æditūum timidū, & pugilem probitatis inermē.
Mortali nil dulce sapit, nisi quod sit amarum
Menti immortali. Pinguis me Ægyptus inescat.
Æternumq; animus nectar fastidit & odit.
Me domitor mundi Mammon, me mysticus hy-
drops,
Me

Me diva omnipotens, cusa, effigiata rotunda.
Me Belial, me vota Midæ, me fulva supellex:
Me me sacra fames, Pactoliq; aurea proles
Fascinat, & sicca fauces mihi dipsade mordet.
Gurges inest animæ: nil rictum claudit hianti.
Orcus inest avido: nil picam placat edenti.
Quæro satur: quæsita queror. Quantūlibet indo.
Hic bolus extendit, non os occludit avaro.
Dulcē mihi fœnus fert lamentabile funus.
Servus amor mundi, mentisq; ancilla Voluptas.
(Hac Cleopatra procax, ille belluo Sardanapalus)
Exigua ingentis præbent solatia luctus:
O quàm mirandum, cœloq; soloq; creatum.
Corporis ex pecude, & mentis sum numine mon-
Igne levi mea terra gravis sese altius effert. (strū!
In me tota ruens carnis desævit Erynnis.
Ebrius ac mundi musto, somnoq; sepultus.
Regnum animæ prodit speculator spiritus hosti:
Lætitiæ & luctus trano per tempora vitæ.
(Vota mihi ventus, caro navis, navita sensus)
Pacificum, curis inter-latrantibus, æquor.
Seditiosa meo Respublica pectore clausa est.
Grex furit in Regem, Rex audet temnere legem.
Eva mea est illex. Jacob meus & meus Esau
Juge odium exercent: Tanta est discordia fratrū.
In me quæ fiunt, ea non ego, sed facit alter.
Qui facit, is meus est (heu quod meus) hospes & ho-
Mens mea verè in me, si nō in me esset, inesset (stis.

Nunc

Nunc propè, sed procul est: spurca turpatur amur-
Carnis, & immundi gustat contagia mundi. (*ca*
Quæ cupio, haud capio. *Petor & negor ipsius ab*
Et timeo & spero. Securis langueo curis. (*ipso.*
Nauseo & esurio. Sitiens bibo fellea mella;
Me vivum doleo; Risus in funere fundo.
De Petrâ mihi mella fluunt, de pumice nectar.
E scillâ mihi nata rosa est: è sentibus uva.
De sicco fons manat aquæ; de stipite gemmæ.
Diluvio ærumnas lacrymarum defleo vitæ.
Et frontem in fontem, atq; in flumina lumina
Ex isto torrente tamen bibo gaudia vitæ. (*solvos.*
Lux perplexa, jubar tremulum; Caligo serena.
Spes expers, status inconstans, persuasio fallax,
Lex illex, Methodus confusa, inconditus ordo.
Bellica pax, risus lacrymabilis, impetus excors.
Flos deflorescens, via de via, cognitus error.
Fama infamis, iners solertia, dives egestas.
Mens amens, ratio delira, invita voluntas.
Dulce malum, mellita lues, funesta Voluptas.
Spes expers, deforme decus, subjecta potestas.
Plena fames, exosus amor: despecta venustas.
Triste decus, probosus bonos, fiducia ficta.
Fessa quies, obscura dies, victoria victa;
Aegra salus: animæ sunt hæc solatia mæstæ.
Quid probo? quid reprobo? quid amo? quid damno? quid opto?
Heu! quis, quem, quoties, quæ fastidita reposco?

Nolo,

Nolo, volo, Volo, nolo, aliud damnosa libido,
Mens aliud suadet. formas mihi surgit in omnes
Protheus affectus. Varia est & Vana Voluntas.
Innumero capite hydra caro supullulat. Anceps
Est animus. Ratio multorum. Dædala sensus
Facta fugit: fugienda facit. Mihi janua castæ
Proditor est oculus Vestæ. Vaga fluctuat æstu
Spes mea Votorum vario. discordia concors
Me perimit: servat discors concordia. Semper
Displiceo placeoq; mihi. Vellem ipse tenere
Me sine me. Damnosa mei me copia perdit;
Qui me in me quærit, Non me ut me, invenerit
in me.
Hermophrodito animo modò sum mas, fœmina,
neutrum.
Seu sum, seu non sum: mecum (me judice) nō sum.
Me miserum mibi prodo. nocēs agor exul ab ipso,
Ipse mibi turbas moveo, disconvenit ipsi.
Non ego me memini, non sum mihi concolor ipsi.
Credo mihi, non credo mibi, me sæpè fefelli:
Me fugio cupioq;. Mei sum compos & impos.
Ipse ego, non ego sum. Sum partibus alter & idē
Dissimilis, similisq; mihi, contrarius ipsi.
Sic ego nec sine me, nec mecum Vivere possum.

Autor Ric: B.



SIGISMUNDI DURFELDI
Halâ - Saxonis

PARERGON ROSTOCHIENSE,

Exhibens Epigrammata,
operis succisivis, in Acad. Rostochiensi, scripta
&
ELOGIUM GERMANIÆ.

16  *19*



ROSTOCHII
Typis Ioachimi Pedani, Sumptibus
Joh. Hallervordei Bibliop. R.

GENEROSO ET MAGNIFICO VIRO,

CUNRADO

von der Tanne/

Sac. Cæsar. Majest. & Illustriß. Principis Fuldensis Consiliario, Præfecto in Brückenaw, Liberæ Franciæ Nobilitatis, in tractibus Röni & VVerrh Capitaneo, Domino in Romershag & VVehre:

Domino & Patrono meo benigno.

ILlustris Heros, Francici sidus soli,
Artis Patrone, Martij fulmen gregis:
Scientiæ thesaurus atque flos recens,
Linguæq; formatrix, ut & certissima
Vitæ POESIS est magistra lubricæ.
Sic credimus viris, quibus fas credere est.
Incensus istis laudibus POESEOS,
En versuum farraginem, per otium,
In hoc Roseto Balthico scripsi mihi,
Et hanc tibi inscripsi, PATRONE MAXIME.

Nam

Nam ſicut è maris frementis alveo,
Secretioribus fluunt meatibus
Refluntq; in hunc rurſus tumentia flumina:
Sic hoc PARERGON, quod typis jam publico,
E fonte converſationis cum Tua
GENEROSITATE natum, ad hanc remittere
Fas eſſe credidi: Me Achatem filio
Junctum tuo, vias amare regias
Virtutis ac amare vim Poëſeos
Amore cogebas tuò laudabili.
Nam nobili exemplò virûm celebrium,
Ut MAcedonis ALexandri HOmerum, tũ Decî
BRuti ACcium, ac ARchilai EUripidem ſuum,
Tum SCIPIONIS ENNIUM, tum OCTAVII
Venam MARONIS & FRIDRICI TERTII
Amantis ÆNEÆ Thaliam SYLVII,
Amas Poëſin ac Poëtas, rurſus &
Amaris his, laudaris his, his tolleris
Ex his liquet, cum ſcripſerim ac in ſcripſe-(rim:
Eſt ſcriptionis cauſa amor Poëſeos,
In ſcriptionis cauſa verò amor tui,
Tuusq; amor, quo me beas clientulum.
Scriptis & inſcriptis faveto verſibus,
Foveto amorem, more pro ſolito tuo.
Vovebo gratus, hîc priuſquam finiam: (LUS!
TE CUM TUIS ÆTERNA SOSPITET SA-

Tuæ Generoſitat: Addictißimus

Sigiſmundus Durfeldt Hâlâ Saxo.


Præstantissimo Juveni

DN. SIGISMUNDO DURFELD

J. U. Candidato fautori & amico meo dilectissimo,

edenti suum Parergon Rostochiense.

I.



SIGISMUNDE, meos qui summus es inter amicos,
Accipe, quæ tenui sunt tibi facta stylo.
Quando tuum vulgas jam Rostochiense parergon,
Ludo Anagramma tibi, cudo Epigramma tibi.
Serius affectus sed utrinq; patescet amoris,
Si, qui imo latet in corde, patere potest.

SI-

SIGISMUNDUS DUERFELD
ἀναγραμματισθεὶς
LUDIS? FUNDE DIGRESSUM.
FUNDIS. LUDE DIGRESSUM.

IN mundo quicum decertes, ſemper habebis,
Qui non de mundo es, ſed pietatis amans.
Vidimus hîc multos ſuccumbere, porrigere herbam
Hoſti, & ubi verè dixerit hoſtis, HABENT.
SIGISMUNDE tui promittit nominis omen
Longè aliud, mundũ vincere nonne tuũ eſt?
Sit licet in CAMPO hoc PEnuria ſæpius ingens
Auxilij prõpti, conſilijve boni. (habebat,
Surſum oculos, quondam hos ut Conſtantinus
En crux eſt, & In Hac Vince, legẽdo vides.
Ergo quid *Ludis? Digreſſum Funde* inimicum,
Sit tibi parma fides, ſintq; tibi arma preces.
Aſt ope quando Dei *Fundis*, quod gratulor, hoſtem
Digreſſum ex pugnâ *Ludito*, ſaluus ova,
Hoc te velle, imò hoc te in CHRISTO poſſe. per illum
Fuſa mihi ſpondent hîc pia vota patri.
Promittunt imò ſuſpiria corde profecta,
Hactenus & votis conſona vita pijs.

Pergito namq; manent hunc præmia digna laborem:
(locat.
Terra ad summa Vocat, Cœlum in honore
III.
Te terram lustrasse, marisq; adijsse recessus,
Scimus. át in cælum quis penetrasse putet?
Qui negat hæc, legat hæc epigrammata, dicet: abundè
Sunt cœlum atq; solum visa tibi, atq; salū.
IV.
(Camœnam?
Mene probare tuam vis, SIGISMUNDE,
Non probo. nāq; probis se probat ipsa satis.
V.
Quas inter Divas discordia sæpius ingens,
In studium hîc facta pace feruntur idem.
Nam THEMIS & MUSA hîc conspirant, & benè honorem.
Altera inalterius plurima visa mihi.
I nunc culte minus Juris consultor & æqui,
Nec colito hanc, illam quò coluisse queas!
Ingenij dat opes, acuitq; in civica jura
Linguā, & Judicium dat bona Musa grave.
Sigismūde probas. hāc cū Themide excole porrò,
Cultorem ignorant non decorare suum.
VI.
Barbarie sermonum in Jure superbiat alter;
SIGISMUNDE studes Verba polita loqui.
Ipsa

Ipsa sibi plaudat, crepitante Ciconia rostro,
Blando alios recreat suavis alauda sonos.
Tu, philomela velut discrimina plurima vocum
Promit, & artifici fingit in ore melos,
Hîc vario oblectas Lectorem carmine, & illo
Non nisi quod lepido profluit ore satis.
Unde sed ille lepos? nisi quòd cōplexus es artes,
Quas malus odit ΟΝΟΣ, quas bonus ornat honos.

VII.

Nomine quæ vili dignaris, amice, ΠΑρέργυ
Carmina, quando legit vir benè doctus, ait:
Quod si tam cultum potuit prodire πάρεργον
SIGISMUNDE tuum, quale tuum ἔργον erit?

VIII.

Ut visisse scias te clara rosaria Balthes,
Fragantes dedit has carpere Apollo rosas.
Quas dū non parcâ voluisti hîc spargere dextrâ,
Non PARVA huic Campo Copia, Lector ait.

IX.

Qui cælum miscet terræ, & qui sacra profanis,
Hac-audire-tenus non benè suevit homo.
Tu tamen hîc cælum dū terræ, & sacra profanis
Misces, audieris, dulcis amice, benè.
Scilicet in vitâ commixta hæc mente Jehovæ,
Ex terrâ in cœlum dum properamus, erunt!

L. M. Q. gratulabar
Johannes Tarnovius S S. theologiæ in
Academiâ Rostochiensi professor.

SIGISMUNDI DURFELDI
Halâ-Saxonis
PARERGON ROSTOCHIENSE.

SS. TRINITAS.

UNUS est TRINUS quoq; TRInus UNUS;
UNUS in toto DEUS orbe regnat,
TRESq; PERSONAS DEITATIS esse,
Credimus omnes.
An quis adversus negat illud ipsum?
Qui negat tristi latet in Charybdi,
En revelati referunt Sacrata
Biblia verbi.
Namq; Jordanis nitet amne GNATUS,
SPIRITUM SANCTUM videt, ut columbam,
Verba Joannes PATRIS è corusco
Audit Olympo.

PROVIDENTIA PATRIS.

SI ciet menti miseros tumultus
Sordidum mensæ tenuis salinum,
Si leves somnos malesuada crebrò
Tollit egestas.
Quæso, quid nobis superest medela?

Non

Non vides suprà volucres volantes?
Non vides infrà benè fructuosi
Lilia campi?
Si DEUS pascit volucres inertes,
Si DEUS vestit speciosa campi
Lilia, ut possint Salomonis omnem
Vincere luxum.
Quæso, cur nobis ea denegaret!
Quos honoravit ratione mentis,
Quos honorabit radiante celsi
Limine cœli.

MORS CHRISTI.

MORS REDEMPTORIS cruce macerati
Mortis absorpsit stimulum nocivum.
Mors ubi pungens stimulus? tua, atra
Styx, ubi palma?
En cruor Christi, cruce fusus olim,
Irrigat postes animæ meæ: Quid
Ergo vis SERPENS VETUS? an cruorem
Tempseris illum?

SPIRITUS SANCTUS.

QUis SPIRITUS SANCTUS siet
Depromo sacris literis:
DIGITUS DEI est, qui perforat
Mollitq; duros caudices;
Est UNDA PURA, quâ DEUS

Mentes rigentes irrigat ;
Est IGNIS, ignem suscitans
Amoris & fiduciæ ;
Est VERITATIS SPIRITUS,
Blandusq; CONSOLATOR est,
Qui veritatis tramitem
Nos servulos, ceu Dux, docet,
Qui mæsta nostra pectora
In rebus arctis erigit.
Æterna laus & gloria
Sit FLATUI SANCTISSIMO,
Pro regimine & pro flumine,
Pro flamma amoris perpete,
Pro veritatis tramite,
Solaminisq; nectare.

PANOPLIA MILITIS CHRISTIANI.

Bellum perpetuum redintegratur
A castris Satanæ piumque turmis:
Rugitu Satanas, leonis instar
Discurrens, animas pias anhelat,
Noctes atq; dies piam phalangem
Ignitis jaculis suis molestat.
At miles roseo cruore Christi
Tinctus, nobilibus resistit armis:
Assumit GALEAM sibi SALUTIS,
Et FLATUS GLADIUM, DEI loquelas,
Opponit FIDEI perenne SCUTUM,

Ex-

Extinguens Satanæ trucis sagittas,
Tum se JUSTITIÆ subinde munit
THORACE ARMAq; VERITATIS addit
Hæc quando explicuit paratus arma,
Obstantes Satanæ fugat catervas.

POLITEUMA COELESTE

SIc monstet natura, quod unus possit in uno
Esse loco: UNUS ego nunc locabina colo:
Terrestris patriæ viridantia rura pererro,
Cælestemq; simul viso, reviso domum.
Nam terræ fragilis fragili sum corpore *civis,*
Pectore *sed celsi civis in arce poli.*
A mundo immundo divulsus, in urbe Jehovæ,
Pectore civis ero, corpore civis ero.

Ad Illustrem & Fortiss. Virum, DN. CUNRADUM von der Tanne/ Sac. Cæs. Maj. & Illustrissimi Principis Fuldensis Consiliarium &c.

SI, PATRONE, tuas conarer promere laudes,
Per mare Tyrrhenum parvula vela darem.
Nam dum pro Divis certas, pro Pallade Suada,
Junone, Astrea, Salvificaq; FIDE.
Efficis, ut DIVÆ de te certare laborent
Mordicus & totum te sibi quaeq; petat.

Efficis, ut propter Divarum munera, de te
DIVI etiam certent, te sibi quisq; dicet.
Francica nobilitas, Princeps Fuldensis & Hassus,
Imò tuis donis Induperator ovat.
Multis hoc mirum, quod sufficis omnibus unus,
At paucis mirum, qui tua dona vident.
Consilijs polles & divite flumine linguæ,
In te conjurant Martis & Artis opes.
Desino: Cum desit mihi lactea vena Melissi,
Cum nec, uti cecinit, Franca columba canam.

Ad Eundem.

Mars simul & Musa exierant, Helicone relicto,
Ad tua dædaleis tecta superba modis.
Et simulac pulchro Mars ordine viderat arma,
Musaq; formosis pulpita plena libris,
Mars ait: Hic Meus Est. *at Musa:* Vir Est Meus,
A Jove decisa est lis: Utriusq; Siet. *(insit.*

Ad Eundem.

TE vidit olim Gallia, Iberia,
Solum Italum, te Turcia, Carpathus,
Et belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis.
Linguam tenes, quâ Gallia, Iberia,
Solum Italum, quâ Turcia, Carpathus,
Quâ dissitus longè ad frementem
Utitur Oceanum Britannus.

His

His quando linguis, Teutoni eam, LatI,
Sanctam, Pelasgam junxero, sic loquor:
BIS QUINq; linguarum ex terarum
UNICA LINGUA tua est perita.

Ad Generosum & Magnificum Virum,
DN. JACOBUM UHLFELDT, Regni Danici Cancellar:

E Cantu volucres, rapidâ leo fervidus irâ,
Ex ungula cognoscitur:
Vir gravis ac doctus, vir mentis lumine pollens,
Sermone se prodit suo.
Tecum versabar, qui Cancellarius audis
Regni celebris Danici,
Tecum versabar, tecumq; loquebar & ista
Loquela te sat prodidit,
Cor pietatis amans, cor Marte satisq; politum
Cor arte, linguas prodidit.
Galli, Itali veniant, Germanus Græcus, Iberus,
Tua lingua cunctis sufficit.
Non igitur mirum, quod Cancellarius illa
Es Dania dignißimus.
Nam tua te pietas, stemma, experientia, Virtus,
Doctrina talem reddidit:
Non igitur mirum, quod dudum miseris oris
Sex filios exoticis.

Nam quibus evectus calrescis dotibus, istis
Vis filios clarescere.
Nobile propositum, decumanâ laude vehendum!
Huic annuat Diespiter.

Neapŏli Danorum.

Ad Magnificum & Nobilissimum Virum,

DN. CHILIANUM STISSER, JC. Celeberr. Archiepiscopatûs Magdeburgensis Cancellarium.

CUm cāpos humiles uberrima messis inumbrat,
Cum stat vitiferis vinea cincta bonis.
Frugibus ac uvis non est manus una secandis,
Concurrunt plures, falce secando, manus.
Ingreditur messem laudum, Patrone, tuarum,
Hanc ut publicitus nostra Thalia secet.
Sola sed ingreditur, nullis messoribus aucta,
Et tantam messem sola secare nequit:
Nititur intereâ paucas decerpere fruges,
Quas memori plectro vulget, in orbe, suo.
Namq; catenatos nequit illa silere labores,
Quos tu constanti mente manuq; subis.
Ut nox atra premit lucem, lux candida noctem,
Ac ut perpetuâ defluit amnis aquâ:

Sic

Sic nunquam cessas, Patrone, laborq; laborem
Excipit & veluti longa catena trahit.
Ut cœlum validis humeris incumbit Atlantis,
Quod nobis priscæ concinuere lyræ:
Sic cervice tuâ, simul & virtute recumbit
Magdenburgiaci sedula cura soli.
Consilijs pendere tuis Celsissimus Heros,
In Magdburgensi climate Præsul avet.
Ad patriæ simul, utilitas, occulta redundat
Viscera, dum patriæ consulis ore patri.
Sic patriæ & patri patriæ pia commoda præstas,
Nam scis, quod natus sis utriusq; bono.
Ardua res hæc est, sed & ardua fama resultat,
Gloria virtutem, corpus ut umbra, manet.
Ergo tuo celebrata superbiet umbra sepulchro,
Fungaris vitâ? laude superstes eris.

Ad Amplissimum Virum Dn. ALBERTUM HEIN JCt. celeberrimum, Consiliarium & Professorem Megapolitanum.

QUi successorum pulchram vult nosse catenam,
Respiciat patrem, te, sobolemq; tuam.
Namq; tuus genitor, tumuli jam carcere clausus,
Olim quis fuerit, quisq; referre potest.

Me-

Mecklenburgensis *lumen columenq;* Ducatus,
Consul & in Canonum Jure professor erat.
Te, Patrone, *patri sic successisse videmus,*
Ut quod is officium gesserat, ipse geras.
Nam Ducis *arcanas* Mecklenburgensis *ad aures*
Admissus, docto consulis ore Duci.
Te simul haec praesens Academia Balthica tectas
Legum divitias enucleare videt.
Quando tui nati parili ratione parabunt
In bona & officium naviter iretuum.
Confore non dubito; nam certò spondet ipsis
Ingenÿ & genÿ vis, labor, ardor; amor.
Jisdem fortunis & eodem fulget honore
Defunctus genitor, filius, atq; nepos.

Ad Amplis: Virum,
DN. LAMBERTUM STEINVVIG, J.U.D. Syndicum & Consulem Stralsundensem.

IN *Straëlsundensi* Steinvvigi, *consul es urbe,*
Quam patet à radÿs nomen habere suum.
Non malè: nam radiat propria ac lumine fama:
Et radiat radÿs, Consul, in orbe tuis.
Nam tua praelustris pietas, prudentia, Virtus,
Irradiat Sundi maenia, templa, fora.

Epi-

EPITHAPHIUM,

MATRONE OPTIMATI,

MARIÆ GOLDSTEINIÆ

DN. JOH: WILHELMI DURFELDII J. U. D. & Cam. Imp. Ex Adsessoris, Conjugi, Suspensum.

EN Golsteiniadum claro sata stemmate nupsi
Et Schönzio & Durfeldio:
Ille meum fatum fato prævenit, at iste
Fato meo præventus est;
Illum præmisi, meq; hic præmittit ad astra,
Illum sequor, at hunc præstolor:
Gratus uterq; fuit, mage gratus uterq; futurus
In cælico palatio,
In quo cum vigeant pax tristis nescia litis,
Et vita mortis nescia,
Tu mihi terra vale, nihil es quàm lerna malorum,
Quàm vita mortis æmula.

Epicedium.

In Obitum Ejusdem.

LA-

LAMENTATIO MARITI.

INunc & ſtabiles humanos dicito
curſus, (ga.
Fallaceſq́; tuas ſpes nimis eſſe ne-
I nunc, & vultus pulchræ confidito
formæ, (tuos.
I nnnc & proavos evehel aude
Quàm ſint, inſtabiles ſpes quas homo concipit omnes,
Quamq́; parùm valeant gloria
forma, genus. (periclis,
Edoceor proprijs, non abſq́; dolore,
Dum gelidum tumulum, CHARA
MARIA, ſubis, (ſenectæ,
Te fore ſperabam, columen baculũq́;
Gaudia mæſtitiæ, te fore certa meæ.
Sed nunc ante diem, præter ſpem, præter votum, (meis.
Te tulit ex oculis mors inopina
Non formæ mors ſæva tuæ generiq́;
pepercit, (opes.
Quin noſtri ſolidas ſprevit amoris
O ſpes fallaces! ô triſtia ſpicula mortis
Quæ ſine reſpectu corpora quæq́;
metit. O ani-

CONSOLATIO MARITÆ.

POne, marite, tuas lachrymas, rogo. pone dolorem,
Cor, decus, auxilium, deliciumq́; meum.
Deſerui fateor, mundi præluſtre theatrum,
Deſerui, noſtram, CHARE MARITE, domum.
Non tamen aſpectumq́; tuum, vitamq́; peroſa,
Ad finem vitæ, quæ placuere, meæ,
Inde recuſarem minimè traducere tecum
Vitæ ſuſceptam, non ſine laude, viam.
En te deſerui, ſed voce citata Jehovæ,
Cujus ad imperium quemlibet ire decet.
Pone igitur lachrymas, rodentem pone dolorem
Non perij, præij, voce citata DEI.
Deſerui immundum mundum, vitáq; miſellam,
Acceſſiq; Dei, (terra valeto) domũ.

Pone

O animi mœſti morſus! ó pectoris æſtum!
Ex abitu ac obitu, CHARA MARIA, ruo.
Lugeo te erectis ad lucida ſidera palmis,
Et tua luminibus lugeo fata meis.
Lugeo te labijs, hebetatis aurib. ægris
Oſsib., ad tumulũ quæ tremuere, tuũ
Ah! quam ſæpe gemo quâm ſæpè revolvo loquelas,
Quas dedit huic animo vox tua grata meo.
Ah! quàm ſæpe gemo, quàm ſæpe recolligo dextram,
Conſpectumq; tuum, quo mihi lumen eras.
Heu mihi! poſt dextraq; tua vultuq; pudico,
Heu mihi! poſt blandâ voce carebo tuâ.
Una dies menſis, menſisq; videbitur annus,
Longum erit, in ſeſe quod breve tempus erat.
Sum Nilus ſumq; Ætna ſimul, vim vim fluminis Ætna
Ebibe, tu flãmas tollito, Nile, meas.
Ut gemit aëria vidua atq; turtur ab ulmo,
Cum gemitu lachrymor, cum lachrymisq; gemo.
Pone

Pone igitur lachrymas, rodentem pone dolorem,
Nam longè dulci conditione fruor.
Desine luctisonos è pectore fundere questus,
Præ lōgè incertis gaudia certa meto,
Gaudia quæ pect9 nulli9 sensit & auris
Nulliusq; oculi, nullius ora viri.
Gaudia, quæ nostros poterunt abstergere fletus,
Ponere fervescens anxietatis onus.
Gaudia, quæ nostros animos & corpora nostra,
Hîc divulsa, iterum consociare (queunt,
Ut pridem cœptum benè continuemus amorem,
Quem modô suspendunt invida tela necis.
Spiritus æthereus qui dicitur Ignis & (Unda
Cum lacrymis flammas aufferat ille tuas.
CHARE MARITE vale, vanæ certamina vitæ
Perfice, perpetuum CHARE MARI- (TE vale
Interea gelidâ placidè requiesco sub urnâ,
Expectans reditum, Christe beni- (gne, tuum

SYMPATHIÆ ET ANTIPATHIÆ NATURALES.

Condisce, prudens quàm fuit artifex,
Et quàm potens, qui rebus amabiles
Insevit olim Sympathias
Ac inimicitias *atroces.*
En Sympathia *est nobilis admodum*
In vitibus nigrisq; oleis, ut &
Una alteri implantata, olivas,
Purpureasq; reportet uvas.
Sic Sympathia *est fœniculi levis*
Ac luminum; sic bili asini nigra
Medetur asplenum, ac hirundo
Cæca chelidonium capessit.
Contrà cygnis cum Jovis alite,
Magneticæ gemmæ ac adamantinæ,
(Hæc impedit ferrum trahendum)
Antipathia *perennat ingens.*

BELLUM QUOTIDIANUM.

Quando minutatim vitam perquiro misellam
Ingemo, nec mea mens, quo requiescat, habet:
Articulos sanctis difformes legibus Omnes
Esse meos doleo, legifer alme, tuis.
En Volo *præscriptas leges in corde tueri,*
Ac Nolo *hoc ipsum: pænitet atq; pudet!*

Vult

Vult mea mens renovata tui per flaminis auram,
Non Vult effrenis luxuriansque caro.
Spiritus ut carne est potior, sic vincat eandem,
Nolle fac expiret, Velle superstes obet.

LEX DIVINA.

Est mihi Lex domini fulvo pretiosior auro,
Aurum est res fragilis, lex sine fine viget:
Et mihi Lex Domini, melle est jucundior omni,
Lex animum recreat, mel modò labra rigat?
Est legis studium studio mihi charius omni,
Illud cœleste est, hocce profana docet.
O Deus, augeto præsentem legis amorem,
Ut, quod amo legem, me miseratus ames.

AQUILA BICEPS IMPERII ROMANI.

Cur aquila illa biceps Romana insignia vestit?
Cur una occiduum, cur altera respicit ortum
Fons solem? Europæ Constantinopolis, *ortum*
Versus, erat primum caput, *Hesperiumq; cubile*
Si spectes, fuerat caput, *ingens* Roma, Secunda.

SUMMUM BONUM.

Dic, SUMMUN tibi quid BONUM videtur?
Dic an DIVITIÆ? negamus illud,
Nam sunt divitiæ nimis caducæ,
Quas mox flamma vorat, cita unda mergit:

Dic,

Dic, an DELICIÆ? *negamus illud,*
Cum sint deliciæ nimis nocivæ,
Quas mors sæva manet pudorq; tristis:
Dic, an JUDICIUM? *negamus illud,*
Stultum est judicium, inscium JEHOVÆ:
Dic, an FOMRA VENUSTA? *pernegamus,*
Nam res est fragilis Venusta forma,
Quam febris rapit una, morbus unus?
Quid SUMMUM *ergo* BONUM, *rogas, habetur?*
JESUS CHRISTUS *id est, geras eundem*
Id corde! omne geris quod est in orbe.

LUGDUNUM BATAVORUM.

LEida *decus Batavis, famâ super æthera notũ,*
Ut dissitum â te recreas!
Quando tuam formamq; situmq; Jovemq; salubrem
Dulci recordor otio
Quando tuum omnigenis redolentem floribus hortum,
Et anatomiam rumino:
Quando etiam repeto, quæ Bibliotheca patescat
Veris alumnis artium.
Cujus præses erat clarißimus Heinsius, *oris*
Et lacteæ Venæ pater.
Flore Leida, decus Batavis & regia Musis,
Virisq; claris hospita.

DE EODEM.

V*Iderat ut Batavis* Lugdunum *Phœbus in oris,*
Doctaq; per totum spargere scripta solum:

Nunc

Nunc mihi Lugduni, quantumvis Juppiter, urbe
Objice, quam jactat Gallicus orbis, ait.
Si studijs merces praefers: urbem adspice utramq́;
Illam homines dices, hanc habitare Deas:

ANTVVERPIA BRABANTIÆ METROPOLIS.

HÆc ego despiciens turri sublimis ab alta
Antvverpiæ Brabanticæ:
Amstelrodamum nisi merx migrasset in urbem,
Hollandiæ illud corculum,
Palmam praeriperes cunctis fermè urbibus orbis,
Quas lux serenat Cynthij.
Nec tamen exanguis sordes: Tibi plura supersunt,
Quibus es ocellus Belgij,
Firma situ & vallis, opibus tectisq́; superba es,
Scaldiq́; navigabili.
Nil superaddo: tuo ne de splendore relicto
Incautus aliquid detraham.

MARTISPURGUM ET GIESSA.

EST & Marpurgi Giessaq́; Academia Cattis,
Utraq́; concertat prosperitate suâ:
Te VVinckelmanne & te Mentzer, Giessa celebrat
Fincki, Helvice, Hunni vestraq́; scripta probat.
Vultejum, Eglinum, Gœddeum, Gocleniumq́;,
Hartmannum ac alios Martia Musa crepat.

Utraq; concertatq; viris, formæq; nitore,
Utraq; sat pulchra est, utraq; clara viris.

JEJUNIUM.

AN quis nosse cupis, quorsum Jejunia prosint?
Prosunt, ut precibus ritè vacare queas.
An quis nosse cupis, quænam Jejunia prosint?
Quæ nostras vires non superare queunt.

ANTIDOTUS CONTRA TIMOREM MORTIS.

SIve mari moriar, seu vivo cespite terræ,
Non metuam tristis spicula sæva necis.
Nam mea membra æquè de vasti gurgite ponti,
Ac terra tumulo scit revocare Deus.

TEMPERANTIA.

IMmodicis quicunq; cibis ingurgitat alvum
Degener, huic acies fit rationis hebes,
Ut nec in officio dextrè procedere possit,
Nec prece devotà sollicitare Deum.
Vis ergò officio fungi, vis fundere vota,
Sume cibum, at modico gutture sume cibum.

IN INVIDUM SATANAM.

PAscit, amat, servat me servum dextera Christi,
Cum me terra fovet, tum polus ipse favet.
Ecce, rubet Satanas, pallet, stupet, oscitat, odit.
Esto: pedo Christi tutus ovabo mei.

ELEE

ELEEMOSYNA.

VIs tua pauperibus profūdere munera turmis,
Hæc ut compenset dextra benigna Dei?
Noli, ea proclamet sonitu taratantara rauco,
Nec tua, quid dederit dextra, sinistra sciat.
Des in secreto, nec vanus munera jactes,
Sic in propatulo Jova refundet opes.

CNISENACUS.

LIpsia dat Rastrū, Kuckuk VViteberga celebris
Halla Puf, at Keuthum VVestphala terra coquit.
Hi tenues stomachum poterant torquere liquores,
Mentis at exilium gignere vix poterunt.
Gustrovij coquitur Cnisenacus fortior, ille
Ferri instar, turbat ferrea vel capita.

IN CONVIVAM SIGNATUM.

CVm doctis conviva viris bene potus abibat,
Se meriti immemorem non fore pollicitus.
Ante suis fastis meritum quàm credere tentat,
Allisa est duro frons caperata solo.
Hem! quid opus fastis meritum signare? cruenta
Mnemosynō meriti vulnera frontis erunt.

Ad Reverendum & Clarissimum Virum,

DN. M. JOANNEM TARNOVIUM, Profess. SS. Theologiæ in Acad. Rostochiensi.

HIc tuos cerno rutilos ocellos,
Elaboratos simul & libellos,
Sub soli sole alterius libellos,
Non & ocellos.
Ergo quis vertet vitio, quod ausim
Te frui præsente, tuo favere
Vultui, quandoq; piè morantem
Frangere lucem.

Ad Eundem.

CUr sitiens fontem fugiam? cur artis avarus
Et pietatis amans, me tibi non sociem?
Nobile Virtutis speculum, pietatis & artis
Esse (fatebor enim) Vir reverende, potes.

Ad Eundem.

JOANNES TARNOVIUS

ἀναγραμματιζόμενος,

ENI, TORNA VISU SANO.

ILlustras sanctos animo solerte prophetas,
Et das Christiadum, non sine fruge, gregi.

Appro-

Approbat hoc Christus, doctorum& lima virorum,
Ex hoc subsidium cor Juvenile metit.
En, *reverende vir*, i, *nova commentaria* Sano
Visu torna, *aptum sic tibi nomen erit.*
Visa prophetarum i visu *cælestia* sano
Tornat*um* En, *studij præmia digna tui.*
Non vanus labor est, Sosijs meret æra, simulq;
Transit ad Eoas Hesperiasq; plagas.
Spiritus hinc & vita tibi post fata redibit,
Nec rapiet totum nigra favilla virum.

DIE SIGISMUNDI
NATALI SUO.

JEsu Christe, Deus, Salutis Author,
Natalis reditum mei serenas.
Nam sponsus veluti novus, refulgens
Auro & conspicuâ nitens coronâ,
Spectantes oculos in urbe pascit:
Sic Sol auricomus suo decoro
Vultu lætificat solum salumq;,
Natalis reditum mei serenat,
Et cor exhilarat meum, meisq;
Præb et materiam novam Camænis.
Te, Sol Justitiæ, benigne Jesu,
Odis tergeminis honoro supplex,
Quod vitam mihi das, datam tueris,
Flatûs consilio tui gubernas,

Ad Reverendum & Clarissimum Virum,

DN. M. JOANNEM TARNOVIUM, Profess. SS. Theologiæ in Acad. Rostochiensi.

HIc tuos cerno rutilos ocellos,
Elaboratos simul & libellos,
Sub soli sole alterius libellos,
Non & ocellos.
Ergo quis vertet vitio, quod ausim
Te frui præsente, tuo favere
Vultui, quandoq; piè morantem
Frangere lucem.

Ad Eundem.

CVr sitiens fontem fugiam? cur artis avarus
Et pietatis amans, me tibi non sociem?
Nobile Virtutis speculum, pietatis & artis
Esse (fatebor enim) Vir reverende, potes.

Ad Eundem.

JOANNES TARNOVIUS
ἀναγραμματιζόμενος,
ENI, TORNA VISU SANO.

ILlustras sanctos animo solerte prophetas,
Et das Christiadum, non sine fruge, gregi.

Appro-

Approbat hoc Christus, doctorumq́ lima virorum,
Ex hoc subsidium cor Juvenile metit.
En, *reverende vir*, i, *nova commentaria* Sano
Visu torna, *aptum sic tibi nomen erit.*
Visa prophetarum i visu *cælestia* sano
Tornat*um* En, *studij præmia digna tui.*
Non vanus labor est, Sosijs meret æra, simulq́;
Transit ad Eoas Hesperiasq́; plagas.
Spiritus hinc & vita tibi post fata redibit,
Nec rapiet totum nigra favilla virum.

DIE SIGISMUNDI
NATALI SUO.

JEsu Christe, Deus, Salutis Author,
Natalis reditum mei serenas.
Nam sponsus veluti novus, refulgens
Auro & conspicuâ nitens coronâ,
Spectantes oculos in urbe pascit:
Sic Sol auricomus suo decoro
Vultu lætificat solum salumq́;,
Natalis reditum mei serenat,
Et cor exhilarat meum, meisq́;
Præbet materiam novam Camænis.
Te, Sol Justitiæ, benigne Jesu,
Odis tergeminis honoro supplex,
Quod vitam mihi das, datam tueris,
Flatûs consilio tui gubernas,

Quod splendore tuo, tuo nitore,
Per mundi salebras, sali scatebras,
Confirmas trepidos pedum meatus,
Ad præsens nitidi decus diei.
Te, Sol Justitiæ, *gemens adoro,*
Vitæ relliquias meæ tuere,
Flatus consilio tui guberna,
Et post curriculum viæ peractum,
Me cœli inserito piæ cohorti.

HOMO RENATUS.

SEmine *sit genitus fœdo, fit saccus onustus*
Crimine, vermiculis fit cibus omnis homo.
Fit tamen æterni renovatus semine verbi,
Purus Justitiæ mysta, jubarq; poli.
Christus enim renovat sibi putida corda piorum,
Adq; suum revocat putrida membra thronū.

Ad Clarissimum Virum, DN. JOANNEM HENRICUM ALSTEDIUM, Magni Nominis Philosophiæ Profess. in Illustri Herbornéa.

E*Nodas Sophiam sagace mente,*
Et per scripta doces Dei loquelas,
Conservanda cedro vel & Cupresso:
Isthæc cum sitiens lego, legendi

Quam

Quam sedare, sitim mihi reducunt;
Quin me surripiunt mihi legenti.

Ad eundem.

SEu visam Oceano remugiente,
Seu transvectus equo recalcitrante,
Quos torret medio dies sub axe,
Qui findunt vitreum solum sub arcto,
Qui Phœbi rutilos latent ad ortus,
Queis serâ face Phœbus intrat undas;
Et in vellere te meo, Patrone,
Instructo varijs tuis libellis,
Et in pectore te meo, Patrone,
Incenso nimÿ favillâ amoris,
Circumgesto: Quid? imò te remotis
Per scripta invenio locis celebrem.

SILENTIUM.

PRæclarum statuunt, sermone silentia crebra
Rumpere, non unquam parciùs ore loqui.
Verùm Stultitiæ est specimen: prudentior audit,
Qui silet, inq; loco conveniente silet.

Ad Nobilissimum Juvenem, JOSUAM von der Tanne / Cunradi filium.

NOn genitor tuus est Epicuri de grege porcus,
Nec te Thersiten constat habere patrem.

Æacidæ similis jam Martis & Artis honore,
Qui te progenuit, nobilitatus ovat.
Unde Novensilium prælustris turba sororum,
Deditus & Marti grex veneratur eum.
Tu, veiut Ascanius, vestigia patris adoras,
Et famæ telam continuare studes.
Testor: namq; fui tibi quondam fidus Achates,
Per loca, quæ Francus, Naßus & Haßus arat.
Sic urge virtutis iter, sic indue patrem,
Ut pater in nato sic redivivus agat.

Ad Eundem.

SUrculus es generosus & is quò patria virtus
A teneris annis nobile stravit iter.
Macte isthoc cursu! fias procerior arbos,
Sic tibi Mnemosynes aurea templa canent:
Qui priùs è celebri surgebat surculus *agro,*
Altior alpinis montibus arbor adest,
Quam nec hyems sternit, nec venti prælia: namq;
Nobilitate viget, mobilitate caret.

PARATITLA WESENBECII.

HErma viatori, Geometræ circinus adsit,
Et serperastra infantibus:
At VVesenbecij Paratitla *polita tyrones*
Juris sibi circumferant.

Aureus

Aureus hic liber est, legitur sine nube tyrôni,
Et juris est compendium.
Nam quæ dispersæ sunt Juris in æquore gazæ,
Inhuncce rivum confluunt.

ATAXIA.

QUæ ratis incerto cursu super æquora fertur,
Illa suæ nunquam certa salutis erit.
Hoc Juris mystæ methodoq; viaq; carenti
Accidit: It, nunquam proficit illud iter.

PAUPERTAS.

SIc est: pauperies jacet ac inculta jacebit,
Donec in hac terra cultus agellus erit.
Hoc tamen illa sibi tulit indelebile punctum,
Quod doceat præceps ire per artis iter.
Ergo Philosophis meritò Virtutis & artis
Gymnasium, clavis, *vera* magistra *clavet.*

ADULATOR.

OMnis adulator corvo crudelior atro est,
Corvus in abjectum namq; cadaver agit.
Omnis adulator vivos sic rodit & odit,
Ut pedicam vitæ divitÿsq; struat.

IN MANCIPIA VENEREA.

QUam nimis oblectat deformis virga Priapi,
Quem nimis oblectat ventre bisulca Venus.
Illa invisa Deo, sibi rem venatur inanem,
Ille Deo invisus, non facienda facit.

Illam virga atra Stygis exagitabit, & illum
Serpentis veteris lingua bisulca petet.

IN VIRGINEM JUVENI INVITO NUBENTEM.

NUbis invito, sitiens Priapi,
Hunc amas, virgo, nec ab hoc amaris;
Oscula intentas, renuit retorto
Oscula labro.
Quis feram invitis capiet molossis?
Quis viam invitis faciet caballis?
Mutui quis lectus inops amoris,
Litis inops est?
E Cypro præsens Venus & solutis
Gratiæ zonis, puer & Cupido
Suscitent ignes, ut amans ametur
A mare nympha.

Ad Præstantiss. DN. BERNHARDUM DANIELEM, Düsseldorpo-Montan: Gryphisvvaldæ de Jure Dotium publicè disputantem.

FImbriâ vestis, volucrisq; cantu,
Ungulâ cervus, gradibus caballus,
Voce vel scriptis homo literatus
Noscitur omnis.

Belgi-

Belgico, quod transfluit unda Rheni,
Hassico, quod proluit unda Lani,
Naßico, quod Dilla rigat, Lycéo
Notus, amice, es.
Unde? per vocem, per amœna scripta,
E quibus splendet generosus ardor,
Juris anfractus, scopulos, salebras,
Exuperandi.
Nunc eum dicit labor hic dicatus
Dotibus, nunc mactat eum favore
Ad mare Eoum sita Pomeranûm
Docta caterva.
Omne commune est socijs amicis,
Ergo communis labor hic honorq;,
Ergo jam grator tibi de labore,
Grator honore.

Ad Eundem.

Candidus es, Bernharde, *tuo me pectore gestat,*
Et pectus salvum discupis esse meum.
Signa petis? Signum sit pellis candida cygni,
Quâ tua dextra meum pectus amica tegit.
Candorem candore tuum donare monebit
Hic cygni candor, cujus imago cluet.

Ad Eundem.

Æstuo amore tui, quem tu nisi fregeris æstum
Adventu, nimio frangar amore tui.

DE JUVENE PUELLAM PULSANTE.

ARmiger imbellem Jovis ales quando columbã
Vicit, nullius præmia laudis habet.
Sic validus teneram Juvenis pulsando puellam
Incidit opprobrium non leve, laudis inops.
Quid? simul invertit naturam: namq; puellam
Convenit ut placido masculus ore notet.

MICROCOSMUS.

ESt homo terrestris Deus, est caput, hujus ha-
Creata parent omnia. (benis
Terrestris simul & mundi cælestis habetur
Hymenæus atq; copula.
Est Microcosmus homo, referens ea singula,
Macrocosmus est palatum. (quorum

DIES GENIALIS.

Præstantissimi Juvenis,
DN. MICHÆLIS OSTERHOFII,
SS. Theol. Studiosi.

HÆc lux, quam tribuit sibi Michael,
Est multis odiosa, grata multis:
Est illis odiosa, debitores
Qui sunt & munerare tum tenentur.
Est illis quoq; grata, creditores
Qui sunt & numerata consequuntur.

Es

Es jam debitor annuus, Michael,
Natalis reditus tui serenus
Debet lætitiam, simulq; debet
Quæ nos lætitiâ beare possunt;
Hinc vix grata tibi dies resurgit
Præsens ac animo ciet tumultum.
Sed nos noveris esse creditores
Cum sacco patulo ocyùs parates,
Quod debes, petimus dari: proinde,
Da mox tristitiam tuam protervis
Ventis & tabulam mero corona,
Spes donare novas satis potente,
Nigras eluere efficace curas:
Dic, Sigismunde, *salus, salus amice*,
Dic Alberte, *salus, salus & omnes*
Natalis reditum mei colentes.
Absit spurcities & æstus iræ,
Absint, quas vetus exarat senectus,
Frontes, quas capitis nives honorant.
Adsint, queîs Veneris puer protervus
Pulchris excubat in genis Cupido,
Nymphæ scilicet elegantiores,
Et vultu rubeo rotundiores,
Harum tot memores notas tenellis
Posthac imprimito jocans labellis,
Quot pennis volitant aves volucres,
Quot pinnis remeant meantq; pisces.
Misce stultitiam brevem labori,

Dulce est desipere in loco decente.
Hæc cum finieris, canemus unâ:
Quæ nobis cecidit dies, Michaël,
Isthæc sæpe tibi micet vigenti.

ELOGIUM PRECUM.

PRecatio venti instar est.
Tellure surgit ventus; it
Precatio de pectore.
Abusq; Eoo cardine
Ad alteras fertur plagas
Ventus: precatio petit
Foro soli forum poli.
Nunc ventus est intensior,
Nunc spirat idem lenior:
Sic nunc preces suspiria,
Nunc & sonora vota sunt.
Pluviasq; ventus sæpius,
Cogendo nubes, concitat:
Sic ardor in precantibus
Imbres ocellis excutit.
Ventus carinam promovet:
Sic promovet precatio
Christi carinam, Ecclesiam.
Æstate Ventus recreat:
Crucis sub æstu oratio.

MODUS PRECANDI

FIlius Dei, mundi bonus ille redemptor
Gestÿt in celso fundere monte preces.

Forsan

Forsan ut orat et flammâ majore, nec essent,
Quæ sanctis votis Injicerent remoras.
Cautius, exemplo Christi, dare vota memento,
Solus & in solum dirige vota Deum.
Subtrahe te socijs removeq; obstacula cuncta,
Sentiat ardorem linguaq; corq; pium.

HUMILITAS DEO AMICA.

SCandit in sacram Pharisæus *ædem,*
Scandit abjectus quoq; Publicanus,
Et Deo æterno sua vota voce
Reddit uterq;.
Primus exponit tumidâ loquelâ
Copiæ cornu meritûm suorum,
Hisce subnixus, malè publicanum
Rodere cepit.
Ast humi fixis oculis, in ipso
Stans loco extremo, sibi Publicanus
Succunt pectus, Miserere, *dicens,*
Jova misselli.
En Deo invisus Pharisæus orat,
Sed Deo gratus, quod iniquitates
Confiteretur, sua publicanus
Tecta revisit.
[illegible], Jesu bone, *publicanum,*
Corde contrito, vitium peroso,
Gratiam poscam, repetamq; tectum
Justificatus.

HUMI-

Dulce est desipere in loco decente.
Hæc cum finieris, canemus unâ:
Quæ nobis cecidit dies, Michaël,
Isthæc sæpe tibi micet vigenti.

ELOGIUM PRECUM.

PRecatio venti instar est.
Tellure surgit ventus; it
Precatio de pectore.
Abusq; Eoo cardine
Ad alteras fertur plagas
Ventus: precatio petit
Foro soli forum poli.
Nunc ventus est intensior,
Nunc spirat idem lenior:
Sic nunc preces suspiria,
Nunc & sonora vota sunt.
Pluviasq; ventus sæpius,
Cogendo nubes, concitat:
Sic ardor in precantibus
Imbres ocellis excutit.
Ventus carinam promovet:
Sic promovet precatio
Christi carinam, Ecclesiam.
Æstate Ventus recreat:
Crucis sub æstu oratio.

MODUS PRECANDI

F*Ilius Dei, mundi bonus ille redemptor*
Gestÿt in celso fundere monte preces.

Forsan

Forsan ut orar et flammâ majore, nec essent;
Quæ sanctis votis Injicerent remoras.
Cautius, exemplo Christi, dare vota memento,
Solus & in solum dirige vota Deum.
Subtrahe te socijs removeq; obstacula cuncta,
Sentiat ardorem linguaq; corq; pium.

HUMILITAS DEO AMICA.

Scandit in sacram Pharisæus ædem,
Scandit abjectus quoq; Publicanus,
Et Deo æterno sua vota voce
Reddit uterq;.
Primus exponit tumidâ loquelâ
Copiæ cornu meritûm suorum,
Hisce subnixus, malè publicanum
Rodere cepit.
Ast humi fixis oculis, in ipso
Stans loco extremo, sibi Publicanus
Succunt pectus, Miserere, dicens,
Jova misselli.
En Deo invisus Pharisæus orat,
Sed Deo gratus, quod iniquitates
Consiteretur, sua publicanus
Tecta revisit.
[illegible]r, Jesu bone, publicanum,
Corde contrito, vitium peroso,
Gratiam poscam, repetamq; tectum
Justificatus.

HUMI-

HUMILITAS.

Qui ſe deprimit, efferetur olim,
Ad ſummi ſtabiles opes honoris;
At qui ſe efferet ipſe, deprimetur,
Ut proſerpat humo, carens honore.

IRA.

Iram nec enſis fulgidus,
Nec pontus ipſe naufragus,
Nec ſævus ignis, nec Deus
Vix terret irâ percitus.
Eſt ira fomes urbibus,
Ut corruant radicitùs.
Inſtigat ad lites leves,
Oves, boves, aves, apes,
Rugam ſenectæ provocat,
Florem Juventæ concitat.
Qui vincet iram flebilem,
Palmam merebit nobilem.

Propemticon dicatum Juveni Florentiſſ. DN. FRIDERICO HEIN, Argentoratum abeunti, qui cum Varno loquens introducitur,

Varne vale, Eoo penitus contermine ponto,
Patria qui tacitis mœnia lambis aquis.

Varne:

Varne vale, discedo tuo de littore lætus,
Ac alia adspiro flumina, Varne vale.
Salve Albis multum, Germanis nobile flumen,
Salve Francfurti gloria, Mœne, tui.
Salve Rhene, tuo liquido qui flumine mordes
Nobile Strasburgum, quo mihi tendit iter.
Salvete ô fluvij, famâ super æthera noti,
Incolumem vestris meq; vehatis aquis.
Hæc ita dum tacito loqueris, Friderice, susurro,
Varnus ait, patrij gloria magna soli:
Argentoratum tendit Fridericus: ut à me
Salvus eat, redeat salvus, Id opto. Vale.

LABOR JURIDICUS ET NAUTICUS.

Ad Florentiss. Juvenem. DN. ALBERTUM HEIN, J. U. Studios. amicum suum gratissimum.

SUdor Juridicus nauticus est labor.
Qui sulcare volunt imperiosius
Æquor, principiò se rate muniunt,
Firmum remigijs efficiunt latus,
Funes adjiciunt, integra lintea
Et malum manibus fortibus erigunt,
Tum demum rate spumas salis irruunt.
Insurgit niger Eurus, rabies Noti,

Fran-

Frangit, ceu tremulas montibus ilices,
Remos, & penitus lintea dissecat,
Inversisque maris fluctibus horridis
Malum præcipitem sauciat undique.
Ventis intereà ludibrium ratis
Infames scopulos Acroceraunia,
Syrtes & tumidum per mare Cycladas
Incurrit, nimio naufragij metu:
O quanto trepidi tum sibi navitæ,
Cum sudoreque palloreque luteo,
Instant subsidium porgere mutuum,
Aversumque Deum flectere per preces!
Sic qui juridico Judicij ratem
Committit pelago, remigijs precum
Accinctus, validis funibus *utitur,*
Nervis navigij, nempè pecunia,
Pandit Mnemosynes *integra* lintea,
Et mali vice *stat* Dux *bonus, ille qui*
Impunè Oceanum viderit anteà,
Sic faustâ ratis hæc evolat alite:
Apparent subitò dissociabiles
Leges, ceu scopuli, tædia concitat
Nullis contiguum limitibus mare:
Insurgit rabies ordinis inscia,
Incertâque viâ disjicitur ratis,
Frangit remigium nausea sic precum,
Funes dispereunt, ænea copia,
Post hos Mnemosynes integra lintea

Tur-

Turbantur penitus, ruptaq; concidunt;
Et malus validus, Dux bonus angitur,
Ac deſiderio ſaucius ingemit;
Ductum quando ſuum non tenuit ratis,
Quæ multo gemitu naufraga mergitur.
Hos Juris ſcopulos cæca periclaq;
E curſu methodi nobilis inſcio,
O Alberte, *animæ dimidium meæ,*
Agnoſcis ſatis ac ordine nobili:
Hoc tantum tua mens tranſilit in mari.
Teſtor, namq; tibi copulor indies,
Tecum veliſicans juris in æquore.
Noſtrum navigium debile cælicus
Ad portum placidum provehat Æolus.

EPITAPHIUM CHRISTIANUM.

Hic per tranſennam cæleſtia Numina vidi,
Bulla fugax, tenuis flos, levis umbra fui.
A facie ad faciem nunc cælica Numina cerno;
Nunc arx æternà ſum ſtabilita baſi.
Perpetuùmq; virens ſum flos, ſum ſtellula nunquam
Occidua & Chriſto ſole coruſca mico.

MONS

MONS SANCTUS.

Cujus meminit Psaltes Regius in Psal. 15. & 121.

DN. JOANN-GUILHELMO DURFELD, J. U. Doct. Et Cameræ Imp. Exadsessori, Patruo suo hon: Strenæ Loco Missus.

Passim sacra profanaque
Multorum meminit pagina montium.
Ut mons est celebris Sion,
Terræ jugeribus fertilis accubans.
Ut Thabor *quoq; mons sacer,*
In quo Christus homo glorificatus est.
Ut mons Caucasus *optimæ*
Qui cunctis pater est montibus Asiæ.
Ut conterminus Herculis
Mons Altas *statuis, notus in* Africa.
Quosq; Europa *sinu fovet,*
Alpes Helveticæ, Carpathus Hungarus.
Nullum jam, vice strenula,
Istorum tribuo, patrue, *montium.*
Sed Sanctum *tribuo tibi*
Montem, *Cœlituum dulce palatium.*
Quem persæpe medullitus
Psaltes expetijt cernere regius.
Ex quo monte Dei sui
Cum speravit opem, nactus opem fuit.

Hujus

Hujus montis amabilis
Est conjux tua, cum Davide, particeps.
Ex hoc lætitiæ tibi
Fax, pulsis tenebris tristitiæ, micet.

Ad Eundem.

PAtruus & pater es: *ficum jam nomino ficum,*
Ac appello scapham, quā patet esse scaphā.
Si specto cursum genituræ, patruus: atsi
Contemplor meritum, patruus & pater es.
Me fore morigerum posthac ex fratre nepotem
Polliceor. quid? ero filius atq; nepos.

DIGNITAS EUROPÆ.

E*uropæ spatijs est Asia & Africa major,*
Non tamen Europa est nobilitate minor.
Nobilis Europa est: nam temperie aëris, atq;
Cunctarum rerum fertilitate præit.
Fertilis est frugum, quas sedula cura coloni
Provocat, omnigenæ fertilis artis agit.
Fertilis artificum, regnûm, populiq; frequentis,
Fertilis est veræ relligionis ager.

NOBILITAS GERMANORUM,

G*Allus ut ostentet proavorum nobile stemma,*
Hoc à Teutonica ducere gente solet.
Anglus idem consuevit, idem versutus Iberus,
Nec minus Italici dulcis alumnus agri.

Ergo

Ergo istis populis, qui vertice sidera pulsant,
Teutoniæ populus non minor esse potest.

FLUMINA GERMANIÆ.

ISter, Rhenus & Albis aquæ, præcepsq; Vi-
a Flumina Germani sunt potiora soli. (surgis
Supra Tubingam natus, septem ostia pandens,
In pontum Euxinum nobilis Ister *abit.*
Alpibus indomitum producit Rhetia Rhenum,
In mare Teutonicum qui tribus exit aquis.
E Sylva Hercynia Boiorum prosilit Albis,
Quem vasto occiduum combibit ore salum.
E terrâ Hassiaca surgunt vada læta Visurgis,
In ponti salsos exoneranda sinus.

LYSIMACHUS.

SEq; suosq; Getas Lysimachus obtulit hosti,
Arida quo sitiens ora levaret aquâ.
Post haustum queritur: parvi pro nomine potus,
Libertas misero vendita tota mihi est.

SARDANAPALUS ULTIMUS REX ASSYRIORUM.

COrpore vir vegeto, sed pectore fœmina mollis,
Rex ille Aßyrius Sardanapalus *erat.*
Gaudebat teneris lanas mollire puellis,
Et nere & plenas exonerare colos.
Unde voluptatum sinuoso gurgite mersus,
Ulli vix homini conspiciendus erat.

Istam

Istam mollitiem præfectus uterq; perosus
Arbaces & Belochus, *prælia dira cient.*
Rex, cum semiviro comitatu, *prodit in hostem,*
Victus flammigeram ponit in arce pyram.
Tum se & divitias, cum scortis, sternit in ignes,
Quo solo facto se probat esse virum.

Regia Danica.
FRIDERICHS BURGUM.

Regibus insignis surrexit regia Danis,
Cui Friderichs Burgum *nobile nomẽ inest.*
Si turrim, templum, speciosa palatia cernas,
Si cernas stadium, picta tapeta, toros.
Ocyùs obtusis glaucoma obrepet ocellis,
Turbabit mentem pulchra figura tuam.
Si stellati Argi rutilent tibi lumina centum,
Singula pro merito non saturata forent.

HELLESPONTUS DANICUS.

SConica Danorum & Zeelandica rura Jehova
Abscidit angusto cæru leoq; freto.
Quod veluti vinclum est, quo connectuntur Eous
Pontus & occidui spumea terga sali.
Hinc abies visura ortum, visura cubile
Hesperium, angusto transit in hocce freto.
Non tamen immunis: nam vectigalia regi
Porrigit Helsigoræ, *quod* Croneburga *jubet.*

TRIAS

TRIAS VITIORUM COMMUNIS.

MEspilum, Galenus ait, tricoccum
In sinu clauso tria grana gestat:
Sic tribus sordet vitijs operta
Pectoris aula.
Obtinet primas dominans libido,
Invidus livor *retinet secundas,*
Tertias sumit rabies *procaci*
Voce nocendi.

CURRUS AFFECTUUM.

EST auriga velut ratio, moderamine certo
Affectuum currum *regens.*
Fastus, avaritiæ, mœroris, flamma furoris
Sunt istius currus rotæ.
At πολυπραγμοσύνη *livor, cōmercia prava,*
Et cura ventris sunt equi.
Quod si auriga viâ fragilem sinat undiq; currum
Exorbitare regiâ,
Non vocem illius, non audit currus habenas,
Sed in barathrum decidit.

HOSPES INGRATUS.

TOtus ingrato grege sordet orbis:
Quisq; venatur sibi dulce munus
Rarus agnoscit memor, aut rependit
Munere munus.

Militis

Militis fronti immemoris Philippus
Voculas curavit eas inuri:
Hospes Ingratus. *Bene! nam cuculus*
Stygmate dignus.

*

Quemlibet ingratum si stygmata nigra notarent,
Pleraq; stigmatibus turba notata foret.

TIMON MISANTHROPOS.

OSor atrox hominū Timon aliquando rogatus
Cur homines odio prosequeretur homo?
Odi, inquit, reprobos ob fœdum crimen & odi,
Quod possint reprobûm crimina ferre, probos.

OFFICIUM DOCTORIS.

FUngeris officio Doctoris? ritè doceto,
Quodq; doces alios, te quoq; ferre doce.
Quod si recta doces, sed peccas curva sequendo,
Non fiet melior, quem tua lingua docet.
Curva etenim nunquā tibi rectificabitur umbra,
Ni curvam virgam rectificare velis.

ULCUS REIPUBL:

CRedite vix unquam vir perniciosior extat
Paupere, qui summi culmen honoris adit:
Namq; sui oblitus, tumet, intonat, edomat illos,
Qui patefecerunt istud honoris iter.
Est hederæ similis, quæ juncta, increscit in altum,
Arboribus, verùm postmodò curvat eas.

C AMU-

AMULETUM CONTRA TRISTITIAM.

O homo, si sentis crebros tentaminis æstus,
Perfer eos, tanquam certa capistra Dei.
Nam qui cœlestem sphæram vult usq; moveri,
Qui noctem & lucem vult agitare vices.
Hic idem crebro te vult fervescere motu,
Ut modò lux hilaris, lux modò tristis eat.
Si careat scuticà petulans caro nostra ferocit,
Temperat hinc lachrymis gaudia nostra Deus.

MENDICUS MEDICUS.

Mendicus fuerit medicus, si tertia desit
Litera, si subsit, medicus mendicus habetur.

ELOGIUM PSALTERII.

Quæris, quis inter plurimos, quorum undiq;
Messem metas uberrimam,
Libros, mihi sit coreulum & clenodium!
Dicam: Sacrum Psalterium.
Est illud anatome *indicans motus meos,*
Verasq; causas motuum.
Est Officina *continens certissima*
Afflicto alexipharmaca.
Est pelagus, *in quo margaritas colligunt*
Jam fracta ventis pectora.
Est suave pratum, *est splendidum* rosarium,
Paradisus est ipsissimus.

Ubi

Ubi redolent dulcissimi fructus, ubi
Vitæ arbor optatissima.

ANGELI PRO EXRCITU CONSTANTINI.

Cum Constantinus deduceret agmina, contra
Licinium, Christi qui gravis hostis erat.
Ecce, videbantur piceæ super agmina flammæ;
Flammas angelicam crede fuisse manum,
Quâ Deus ipse suum populum defendit & olli
Fortia Licinij fundere castra dedit.

Epicedion in Obitum Viri Spectati & Honesti, HENRICI von der Luhe / civis Rostoch: primarij

Lentæ corripitur dolore febris,
E valle eripitur molestiarum,
Ac inter proceres poli locatur
Henricus, *patrij soli voluptas,*
Civis Rostochicæ modestus urbis.
Multis flebilis it: Suum, ecce, cives
Concivem repetunt sibi, propinqui
Singultu repetunt suum propinquum,
Ac desiderijs fidelis icta
Conjux, nunc tenues suo favilles

 Sentit

Sentit corde, caverna sicut Ætnæ,
Nunc largis lachrymis genas, ut amne,
Humectat, querulas hians loquelas:
Eheu! dimidium mei recessit
Ex ulnisq; meis meoq; vultu.
Eheu! delitium meum caputq;
Me lecto viduo reliquit ægram.
Sit desiderio pudor modusq;
Tam chari capitis: Deo citatus,
Cives Rostochii valere-jussos,
Ad cives Solymæ novæ praivit,
Quem nos ad placitum Dei sequemur.

MORS.

Credite, mortiferâ nihil est incertius horâ,
Verùm morte nihil certius esse potest.
Ergo paratus eat cunctis homo quilibet horis,
Ac si hodiè gelidam sit subiturus humum.

Ad præstantiss:
DN. BERNHARDUM DANIELIUM,
Disseldorpo-Montanum,
J. U. Cand.

Irruptum vinclum Pyladem conjunxit Oresti,
Thesea Pirithoo consociavit amor.
Tu præstes Pyladem, præstabo fidus Orestem,
Sis mihi Pirithous, Thesea adesse vides.
Vivat amor noster, sit læti conscius ortûs,
Inscius interitûs: sic volo: vivat amor.

Ad

Ad Præstantiss. Juvenem
DN. MICHAELEM OSTERHOFIUM,
SS. Th. Stud.

SYlvas atq; feras citharâ Rhodopeius heros,
Tu linguæ dono pectora casta moves.
Rebus inest genius, sermones Suada figurat,
Verbis & rebus concio pulchra tua est.
Si cupis æternæ decorari frondis honore,
Copulet hæc ambo concio quæque tua.

JURAMENTUM.

AFfirmaturus rem quandam, dirige linguam,
Per cælum aut humilē ne citò juret humum.
Vox Ita *confirmet, quod confirmare teneris,*
Vox Non, *quod poteris jure negare, neget.*

IN DIVITES INDOCTOS.

QUi frater ignorantiæ
Nummis abundat æneis,
Est instar agni *simplicis,*
Quem vellus aureum tegit:
Idemq; ficus instar *est,*
In rupe prærupta sitæ,
Quam non homo depascitur,
Sed corvus ater devorat,
Hoc est, adulator levis,
Qui divitis cor cereum
Linguæ veneno fascinat.

CULICOMASTYX.

QUando leves mittis culices sic mussito mecum:
Te voluit culicum grex levis esse levem.
Fallor? an hac causâ culices mihi mittere gestis,
Ut Culicomastyx, Rexq; cluas culicum.

IN JUVENEM PRIUS DE UXORE, QUAM DE VICTU SOLICITUM.

ORdinat ipse Deus, dicis, connubia: credo.
Ergo mihi rectè ducta marita? nego.
Hocce jugum subiens nullo peccamine peccas,
Peccas, dum nullo præditus ære subis.
Unde tuam sociam, famulos & pignora lecti,
Si te vix poteras, sustinuisse potes?
Ergo jugum duplex humeros collumq; gravabit,
Prolifica & conjux & malesuada fames.

IN VIRGINEM ANNOSAM JUVENI IMBERBI NUBENTEM.

QUando pares paribus junguntur, dicito quorsum
Investi nubas virgo vetusta viro.
Credideram, tibi jam periisse Cupidinis æstus,
Nec tædis Juvenem, quem cupis, esse parem.
Cum tamen Altitonans Deus hoc permiserit, Esto,
Miror, non remoror, rideo cum video.

IN

IN CONCIONATOREM E SUGGESTU AD CELLAM VINARIAM EUNTEM.

EX ara Domini, Bacchi descendis ad aram,
Sacra Deo & Baccho postmodo sacra facis.
Cur ita? reddiderat tibi siccam concio linguam,
Quam poterant liquidi, pocla rigare meri.
Posthac manè novo sic puræ operaberis aræ,
Vespere ne spurcæ sic opereris haræ.

In Eundem.

MAnè Dei verbum disseminat ore diserto,
Vespere non poterat, cur? benè potus erat.

IN DEFORMEM SPONSAM

PUlchra suo sponso, nobis non pulchra videtur,
At satis est sponso complacuisse *suo.*

IN PINGUEM LANIUM.

CUr tu præ reliquis abdomine tardus anheles
Quæriur? In promptu, causa sed ista datur.
Es lanius, macrasq; studes divendere carnes,
Distentas stomachum pinguibus ipse tuum.

AD SPONSUM ORGANISTAM.

SI tua sat promptè moderatus es organa, sponse,
Cur promptè sponsam non moderere tuam?

Exploras, digitis dum doctus tangis, hydraulum:
Sic tactu discis, quæ tibi sponsa siet.
Dissona si vox sit, per te fit consona: conjux
Consona sic fiet, dissona quando fuit.
Pectora demulcet dulcis concentus hydrauli:
Sic vestræ harmoniæ vis pia corda movet.
Vestrum connubium tactus, symphonia, motus
Fulciat an super hæc vis voveam? voveo:
Organa quot gestat resonantia corpus hydrauli,
Tot subeant vestrum pignora chara torùm.

IN CATELLUM PEDENTEM.

ES bellus, bellè dum ludis, belle catelle,
Cum post stercus oles, verbera ferre soles.

IN POETAM CIRCUMFORANEUM.

I.

IN nulla statione manes, hinc nullus honorum
Ramus Apollineas vult decorare comas.

II.

Urbe cares certâ, totoq; vagaris in orbe,
Si certa urbis eges, orbus honoris ages.

III.

Teß pe sustentas, cum sic quoq; vivere poßis,
Ut valeas alijs suppeditare stipem.

Arbusta

IIII.

Arbusta increscunt, si certâ sede morentur:
Sic stabilem stabiles concomitantur opes.

IN ABBATEM QUENDAM.

Est Abbas titulo pater simulq;
Ipsâ re pater est: tenete risum.
Nam natos tituli sui vigore,
Naturæq; facit tenore natos.
Illi spiritualiter creantur,
Hi carnaliter exeunt in auras.

IN CORDATUM ET CAUDATUM.

Es certè cordatus & es caudatus, amice,
Quidni cordatus? cor bovis ore voras.
Quidni caudatus? tibi cauda nigerrima pendet,
Namq; niger vitam vivis in orbe nigram.

IN SUECUM BARBARE LOQUENTEM.

Caseus in Suecia pressus, pinguedine multos
Recreat & cuprum mittitur inde probum,
Quæ Suecus in Suecia didicisti verba latina,
Vel Crasso risum conciliare queunt.

AUREA BULLA CAROLI IV.

Vitricus Imperij, decoctor, noxia pestis,
Carolus *fuisse* Quartus *olim traditur.*

Insignes Aquilæ Romanæ evellere plumas,
Mercando, dissipando fines, gestijt.
Imò vel Imperij totius vendere corpus
Promptus satis, si quis liceretur, fuit.
Hanc tamen authorem sibi vendicat Aurea Bulla,
Quæ petra stat, quâ nititur vis ImperI.
Nam Jus Imperio, per quod coalescere possit,
Legesq; dat sublimibus Septemviris.
Istius intuitu Bullæ *decus omne meretur*
Carolus, *nec orbi pœnitendus præfuit.*

ORNATUS CONVI-VALIS BACCHYLIDIS.

Q*Uodvis Sympesium, quod dextra benigna parabit,*
Ut laudē mereat, quatuor ista *decent.*
Pax convivantes connectat candida *mentes,*
Surgant è pleno fercula parca *penu.*
Exhilarent animos generosi dona Lyæi,
Condiat & lepidus *mutua verba* jocus.
Pax convivarum, modicè data fercula, vinum
Cos; *jocus, ornatum conciliare queunt.*
Quatuor hæc, quæ cœna fovet, jucundior illâ est,
Quæ Regi Assuero cœna parata fuit.
Dulcior est his, quas Cleopatræ Antonius olim,
Antonijoq; dapes quas Cleopatra dedit.

ELOGIUM HISTORIÆ.

D*Icitur Æmonij Chiron præceptor Achillis,*
Res veterum gestas sic retulisse lyrâ.

Her-

Herculis ac aliûm pugnas ut sciret alumnus,
Et vellet priscis æmulus esse viris.
Rectè Phyllirides sic informavit Achillem,
Nam vis historiæ nobile calcar habet.
Est etenim prisci testis *benè conscius* ævi,
Nuntia, *præteriti* temporis *acta canens.*
Est lux, est vates veri vitæq; magistra,
Metropolis Sophiæ, Theulogiæq; basis.
Hanc lege, quò fias prudens: prudentia vera
Profluit Historiæ *de locuplete penu.*

DEPLUMATA AQUILA ROMANI IMPERII.

V*Is ImperI nullius atq; terminus*
Romano erat potentior vel latior:
Sed hoc moderno seculo potissimas
Romana Aquila *plumas sibi raptas dolet.*
A vulsa penitus Asia *est, quam jam tenent*
Turca, Scytæ, Christi gregemgens persequens.
A vulsa penitus Africa *est & maximus*
A vulsus Europæ *simul nervus bonæ.*
Ubi nunc Iberia est? ubi nunc Gallia?
Ubi nunc Britannia est? ubi nunc Dania?
Pannonia, Sarmatia atq; Lusitania?
Sicilia, Corsica, atq; Sardini, Allobrox?
Sunt regna propria proprijs sub regibus.
Ubi nunc Italiæ solum? quod ImperI

Primum ac avitum olim fuit patrimonium,
Calabriam, Campaniam ac Apuliam,
Neapolinq; Rex Iberiæ *tenet.*
Domicilium sedemq; Romam, *Cæsarum,*
Picenum agrum, Flaminiam ac Hetruriæ
Partem supremus *occupavit* Pontifex.
Pulchras Italici soli provincias
Sibi Veneti *liberrimi jam vindicant.*
Sic restat Imperio potens Germania.
Quod ergo non habebat olim terminos,
Hoc pene terminatur in Germania.

HUMANA CÆCITAS.

E*Ja age; depositis mens expergiscere curis*
Cerne, quibus tenebris obrutus erret homo.
Carnibus indutus, rationis lumine pollet,
Est miser; at miserum se nimis esse negat.
Secum non habitat, peregrina negotia quærit,
Delitijs inhiat, gaudia vana metit.
Excubat in rebus, curâ vigilante, caducis,
At res cælestes somniculosus agit.
Rebus in externis est intra & fervidus extra,
In rebus sacris frigidus ac rigidus.
Debile corpus alit, quod fœda ac fœta cloaca est,
Cui simus & limus fumus humusq; subest.
Ast animam, summi quæ est dulcis imago Jehovæ,
Nititur imprudens emaciare fame.

Edo-

Edomat assiduis animalia quæq; capistris,
Sed propriam carnem non cobibere potest.
Proponit modicè defessis pabula brutis,
Se nimijs epulis prægravat, imò necat.
Quò magis ad luxum ac ad Circes pocla propin-
Hoc magis à cœli tramite flectit iter. (quat,
O tenebras! ô stultitiam! lymphataq; corda!
Vivit, cui ratio est ut rationis inops.

VICTIMA CORDIS POENITENTIS.

COrgemit & teneri lachrymis habetantur ocelli,
Crus tremit, obtusa est vis utriusq; manus.
Cor corpusq; tuam, quæ vindex criminis, iram
Et pavet & blandum scire levamen avet.
Occulo vulneribus mea turpia crimina Christi,
Illinio ejusdem sanguine membra mea,
Tum, velut ignis aquâ: sic, ô Pater alme, furoris
Flamma tui; Christi sanguine tincta perit.

SANITAS.

SAnitas gemmas pretiosiores,
Et dapes vincit Siculas, opesq;,
Quas habet Pactolus & ipse Crœsus
Rex opulentus.
Quisquis hanc ipsam sibi corde toto
Diligit, cautus stabilem diætam
Servet, immanes calices modesto
Ore recuset.

Victus incertâ ratione grassans,
Auream sternit citò sanitatem,
Est ei pestis, rabies, cicuta, in-
justa noverca.

VOT. PRO SANITATE.

Ipsum dum ventrem compunctio crebra flagellat,
Attenuat vehemens reliqua membra dolor.
Vulnera qui mihi das, genitor, *data vulnera leni,*
Ut dolor in plausum degenerare queat.
Ut sanis membris & sanâ pectoris aulâ,
Vela per officium dem renovata meum.

CONTRA SATANAM.

Quot nostrâ teneros gerimus cervice capillos,
Tot Satanæ nobis organa rete locant.
Pectora nostra, Deus, *muni cœlestibus armis,*
Pelle per angelicam, castra Satanis, opem.

FIDES.

Munificus dives cum præbet munera, pauper
Extendit dextram, quâ capit illa, suam:
Sic qui thesauri sunt Christi sanguine parti,
Hos homo salvificâ *prendit habetq;* fide.

IN MAMMONAM.

Lupis & agnis quanta sortitò obtigit,
Mammona iniquo cum Deo est discordia:

Deus

Deus rapinas, furta, cædes & dolos
Prorsus vetat, pœnisq; diris concutit:
Mammona *fur est, raptor est, cædes patrat,*
Exugit homines & Dei libat decus,
Quando velut Deum coli se postulat.

PSEUDOPROPHETÆ.

Cautus evites reprobos prophetas,
Namq; securos adeunt, ovillis
Pellibus tecti, simulant, lupina
Corda foventes.

Non ferunt dumeta recurva ficus,
Non ferunt spineta renata botros,
Nec bonos falsi poterunt prophetæ
Edere fructus.

Ergo eos fructus reprobi revelant,
Scilicet prorsus maculosa vita,
Ergo eos prodit gravidum doloso
Dogma veneno.

Arbor eludens Domini labores,
Stirpe per falcem penitus recisa,
Igne comburi solet: Hoc prophetis
Accidit istis.

DILECTIO PROXIMI.

En tota nostri proximi
In hoc sita est dilectio

Ut

Ut hoc bonum, quod vis tibi
Conferrier, idem proximo
Velis: ut insuper malum,
Quod ferre non vis, hoc idem
Inferre nolis proximo.
Sed proximus quis est tuus?
Non qui tibi devinctus est
Meritis, amore, sanguine,
Sed omnis is, quisquis tuæ
Naturæ egebit particeps.

EBRIOSITAS.

MUndana quænam gloria? quod decus?
Vini culullos tempus in ultimum
Deducere & dulci morantes
Frangere sæpe dies Lyæo,
Baccharier, non sanius, arbitro
Dato bibendi, quam populus Thracum
Bacchantur Edoni: Gulosis
Dulce decus furere est amicis.
Hanc gloriam tu supplicio gravi
Deus coërces: De grege me tuo,
Ne rursus in luxum resorbens
Unda fretis ferat æstuosis.

PERSECUTIONIS PRÆMIUM.

DEseris prolem, sociamq; lecti,
Deseris fratres simul & sorores,

Dese-

Deseris campos simul & parentes,
Deseris ædes,
Nomen ub Christi reprobis perosum?
Centuplum Christus tibi reddet olim,
Ut salutari valeas in ævum
Cælicus hæres.

BONITAS DEI.

HEu! miseri sumus, in fœdo peccamine nati,
Hinc nobis sanus sensus inesse nequit.
Os prava eructat, cor turpia ponderat acta,
Ad cœnum vitij pesq; manusq; volat.
O Deus, *immensa est bonitas tua, membra quod hæc qua,*
Ad vitium properant, plectere non properas.

GLORIA DEI.

COgitas quiddam, loqueris, laboras,
Cogita sic, sic loquere & labora,
Ut Deum laudent tua cogitata,
Dicta labores.

DIVITIÆ.

SUnt laquei instar opes & habendi sacra libido,
Quæ corda rebus alligant vanissimis.
Unde Dei Verbiq; illos oblivio cepit,
Quibus furit fames opum tyrannica.
Quidni igitur citiùs, quàm dives cælica regna,
Camelus intraret tumens acum brevem.

Virus

Virus avaritiæ loliumq; libidinis hujus
E corde, Jesu, funditus tollas meo.

IMPURITAS CORDIS.

O*Re quod excipitur, minimè nos fœdat: Idipsũ*
Albus concludit, projicit albus idem.
Ore quod ejicitur, certè nos fœdat: Idipsum
Pullulat è fœdi pectoris arce foràs.
Fœdi dicursus, cædes, tum furta, rapinæ,
Fucus, adulterium, livor & inde fluit.
Hos averrunca natos in pectore sentes,
Corpore da in puro pectora pura, Deus.

TIMOR DEI.

C*Ur homo formidas homines, qui corpora tãtũ*
Interimunt, animas non violare queunt?
Formides Dominum, qui animas & corpora fœda
In Phlegethonteas trudere novit aquas.
Formides Dominum, qui animas & corpora pura,
Ad cœli juges elevat inde dapes.

SERVUS PECCATI ET JUSTIT.

PEccati servus *vitio qui polluit omni*
Membra, quid inde metit? dedecus atq; necem.
Servus Justitiæ, *cui perplacet orbita legis,*
In cœlis requiem glorificatus habet.
Præmia peccati *sunt mors & dedecus omne,*
Præmia Justitiæ *gloria, vita, salus.*

EX-

EXTRA MUNDUM.

INcola stelliferi cœli cupis esse? laboras
Infensi Satanæ carnisq; domare furorem?
Sis Extra Mundum, *mundi consortia vites,*
Namq; voluptates oculis animisq; ministrat.
Quando Coralium liquidis existit in undis.
Flexibile est cunctisq; hominum tractabile dextris,
Ast abit in lapidem, digitis emollier ullis.
Respuit, Extra Undas *fluidas si existere possit.*

IMPIETAS.

IMpia mens vitijs se prorsus inebriat; Unde
Odit eum, recto quisquis amicus agit.
Quisquis amicus agis recto, nelinquito rectum,
Impia quod tibi mens non sit amica satis.

VOTUM CONTRA IMPIETATEM.

IN scelus, in ludos, in pocla, in ludiera facta,
Est homo corde suo cereus atq; celer.
In virtutis opes, in facta placentia Jovæ,
Est homo corde suo ferreus atq; ferus.
In virtutis opes, da sim, bone Conditor orbis,
Cereus, in vitium ferreus atq; ferus.

CRUCIFIXIO CARNIS.

SI crucifixus erat pro nostro crimine Jesus,
Convenit & nobis nostram crucifigere carnem,

Ac

Ac desideriys pravisq́; resistere sensis.
Si renuis carnis propriæ crucifigere luxum,
Tum certè absq́; moris, ira irritata Jehovæ
Plagarum horrendâ facie crucifiget eandem,
Ut sic pro merito, pœnis crucifixus acerbis
Posthac desistas crucifixum temnere Jesum.

DEUS EST DEUS MEUS.

SI Deus ipse meus Deus est, *formidine mortis*
Liber, delitium spirituale colam.
Si Deus ipse meus Deus est, *errata remittet,*
Me renovare volet, glorificare volet.
Si renovare volet, volet & revocare sepultum
Corpus & inducere hoc integritate novâ.
Nam non perfectè Deus hîc renovare laborat,
Post mortem plenè vult renovare pios.

VOTUM.

QUæ viduata viro fuerat, viduatur & uno
Per mortem adempto filio.
Hinc duplicatus amor duplicat mœroris & oris
Jmbres & ignes pectoris.
Tu miseratus ades, Jesu, *viduamq́; gementem*
Fletu jubes desistere.
Me quoq́; respicito, Jesu, *cruce quando fatigor,*
Lachrymasq́; vultu abstergito.

INTEMPERANTIA.

QUò quis fit propior corpore gurgiti,
Hoc idem magis à gurgite mergitur,

Et

Et gyro volucri tortus aquis perit:
Sic quò quis propius luxuriæ mare
Accedit, magis hoc fluctibus obrutus,
Pulchræ famæ, animæ, corporis & rei
Deflendum lachrymis naufragium facit.

LINGUA.

EXiguum membrum convexo clauditur ore,
Magnas virtutes attamen illud habet,
Enarrat Domini laudes sermone diserto,
De terra, igne, polo, flumine verba facit.
Sit laus insignis Regi stellantis Olympi,
Qui linguæ exiguæ munera magna creat.

VIATOR SPIRITUALIS.

SIt viatori peregrè profecto
Christianorum similis caterva,
Quando decurrens pietate, cœli
Tendit ad arcem.
Ambulat constans pede, providusq;,
Bacchicis guttis minimè sepultus,
Sedulo fundit quoq; cantilenas
Ore viator.
Regulas istas sibi Christianus
Adplicet, ni forte velit, latronum
Devio ductu, Stygium in barathrum
Præcipitari.

MEMO-

Ac desideriis pravisq; resistere sensis.

Si renuis carnis propriæ crucifigere luxum,
Tum certè absq; moris, ira irritata Jehovæ
Plagarum horrendâ facie crucifiget eandem,
Ut sic pro merito, pœnis crucifixus acerbis
Posthac desistas crucifixum temnere Jesum.

DEUS EST DEUS MEUS.

SI Deus ipse meus Deus est, *formidine mortis*
Liber, delitium spirituale colam.
Si Deus ipse meus Deus est, *errata remittet,*
Me renovare volet, glorificare volet.
Si renovare volet, volet & revocare sepultum
Corpus & inducere hoc integritate novâ.
Nam non perfectè Deus hîc renovare laborat,
Post mortem plenè vult renovare pios.

VOTUM.

Q*Uæ viduata viro fuerat, viduatur & uno*
Per mortem adempto filio.
Hinc duplicatus amor duplicat mœroris & oris
Imbres & ignes pectoris.
Tu miseratus ades, Jesu, *viduamq; gementem*
Fletu jubes desistere.
Me quoq; respicito, Jesu, *cruce quando fatigor,*
Lachrymasq; vultu abstergito.

INTEMPERANTIA.

Q*Uò quis sit propior corpore gurgiti,*
Hoc idem magis à gurgite mergitur,

Et

Et gyro volucri tortus aquis perit:
Sic quò quis propius luxuriæ mare
Accedit, magis hoc fluctibus obrutus,
Pulchræ famæ, animæ, corporis & rei
Deflendum lachrymis naufragium facit.

LINGUA.

EXiguum membrum convexo clauditur ore,
Magnas virtutes attamen illud habet,
Enarrat Domini laudes sermone diserto,
De terra, igne, polo, flumine verba facit.
Sit laus insignis Regi stellantis Olympi,
Qui linguæ exiguæ munera magna creat.

VIATOR SPIRITUALIS.

SIt viatori peregrè profecto
Christianorum similis caterva,
Quando decurrens pietate, cœli
Tendit ad arcem.
Ambulat constans pede, providusq́;,
Bacchicis guttis minimè sepultus,
Sedulo fundit quoq; cantilenas
Ore viator.
Regulas istas sibi Christianus
Adplicet, ni forte velit, latronum
Devio ductu, Stygium in barathrum
Præcipitari.

MEMO-

MEMORIA MORTALITATIS.

ELatis oculis Roëschildica mœnia cerno,
Templumq; longè splendidum,
In quo Danorum generosa cadavera Regum
Tumbis quiescunt regijs.
Da, Deus, ut quando regalia cerno sepulchra,
Mortalitatis sim memor.
Quod mors immineat cunctis, quod serpat in arces
Regum & tabernas pauperum.

VOTUM.

TOlle meo, rogo, tolle meo de pectore cuncta,
Quæ mea, quæ tua sunt numera redde Deus.
Sunt mea peccata & titubans dubitatio: dona
Sunt tua Justitiæ vestis & alma fides.
Ergo peccata & dubium mihi tollito quodvis,
Reddito Justitiam, reddito, quæso, fidem.

INTER FLUCTUS MARINOS.

COmmisi fragili rati
Hoc corpus, genitor, quod fragile est satis,
Conserva fragilem ratem,
Et corpus fragile hoc in fragili rate.

AL.

AL:

QUis ſub expanſo meat hoc Olympo,
Inſitâ mentis ratione pollens,
Qui neget fortem ſatis & benignum
Eſſe Jehovam.
Eſt ſatis fortis, ſatis eſt benignus,
Dexterâ noſtram tegit is carinam,
Ut ne eam ponti tegat inquieti
Fluctibus Auſter.

Ἐυχαριστία

quam

E DANIA RHODOPO-LIN REVERSUS DEO SUO LIBENS SUSPENDIT.

EN provolutus ad tuum
Thronum, Jehova Maxime,
Grates pias humillimo
Referre conor pectore.
Non neſcio tamen meas
Grates fore penitus impares
Magnæ tuæ clementiæ,
Quâ me coronas ſervulum.
Sit laus Deo ter Optimo,
Qui vultui obtulit meo
Holſatiam, Jutlandiam,
Fyoniam, Seelandiam,

Sit

Sit laus Deo ter Optimo,
Qui per soli me compita,
Qui per sali me murmura
Manu suâ custodÿt.
Sit laus Deo ter Optimo,
Qui mente sanum & corpore
Rostochico me littori
Ventis secundis reddidit.

VITA LUCTUOSA.

N*On caret unquam*
Fluctibus *æquor*:
Sic neque vita
Luctibus. *Ergo*,
Ut rate transit
Navita fluctus:
Sic homo luctus
Concoquat omnes.
Vult, maris author
Jova, *carinam*,
Ad vada tuti
Pervia portus,
Per cumulatos
Ducere fluctus:
Vult Deus *idem*
Pectora nostra
Ad pia celsi
Gaudia cæli,
Per cumulatos
Ducere luctus.

CO-

COGNITIO CHRISTI.

QUid juvat, immensum mundi vidisse theatrū,
Quod cingunt tumidi tergora tunsa sali?
Quid juvat, abstrusas rerum cognoscere causas?
Milleq; Sisiphico scire labore libros?
Si Salvatoris Christi mysteria nescis.
Nil habet, has qui non pectore condit opes!

MONSTRUM CALUMNIÆ.

CHimæra priscis vatibus
Monstrum fuit teterrimum,
Leo ante, retro trux Draco,
Medio capella corpore.
Immanius Calumniæ est
Monstrum, quod in palatijs
Regum & tabernis pauperum
Virus solet dispergere.
Echo, sonus convallium.
Pro voce voces dat duas:
Casses suos aranea
Corpusculo gignit suo:
Monstrosa sic Calumnia,
Quæ visa sunt, quæ dicta sunt,
Nunc elevat & exaggerat,
Nunc nectit ex se argutias.
Athleta non his invidet
Qui subsequuntur, sed viris,

D Qui

Qui sunt priores cursibus,
Qui fortiores viribus:
Monstrosa sic Calumnia,
In hos suum virus vomit,
Quos ipsa virtus promovet,
Et sede primâ collocat.
Scabiosa membra si fricas,
Magis volunt fricarier:
Et prurientes si scabis
Aures, scabi magis volent.
Calumnia A te pessima,
Vult asperis sermonibus
Scabi: domi dormit, foris
Aperta, operta pervolat.
Hanc ergo Erinnyn spernito,
Quam procreat Mendacium,
Quam Livor *invidus parit,*
Nutritq; Curiositas.

TRES CLYPEI CONTRA CALUMNIAM.

O*Bsedit totam virosa* Calumnia *terram,*
Quî poteris huic resistere?
Integritas vitæ, patientia, crebraq; vota,
Sunt clypei, ijs resistito.
Ille telum clypeus, diram duramq; retundit
Integritas calumniam.

Tollere

Tollere quæ nescit, perfert Patientia, spernit,
Diogenis insistit vys.
Qui dixit, populus cum verbis luderet: Hi me
Rident, ego non rideor.
Quin regerit patiens percussi verba Catonis:
Non herculè animadverteram.
Quàm validus clypeus sit crebra precatio, David
Psaltes docebit regius.
Nam rogat & post vota Deum persæpe celebrat
Calumniæ acris vindicem.

BREVITAS VITÆ HUMANÆ.

Quid vita est? est vita fugace fugacior umbrâ,
Vivit homo at curto tempore vita viget.
Vincitur à brutis vivendo: garrula cornix,
Phœnix ac corvus, cervaq; vincit eum.
Hinc vox naturam Theophrasti *dicit iniquam,*
Hinc extat veterum crebra querela virûm,
Quod longam brutis vitam natura dedisset,
Quorum vita tamen commoda nulla parat,
Sanctius his animal mentisq; capacius altæ,
Curriculum vitæ tam breve ferret homo!
Quod tamē innumeronumero mala tristia stipant,
Quod curtant somnus, fraus, dolor, ira, labor.
Justa querela sit hæc, mihi justior illa, quod ausit
Vitam homo, quæ brevis est, abbreviare mero.

Ad amicum.

JOvæ tuberibus vitiýsq; lacessimus iram,
Qui pro tuberibus tubera dura refert.
Verùm sine bono, nimiùm ne extuberet unquam
Nequam spurcities, spurcaq; nequities.
Ergo, quid nimiûm planges, dum tubere langues?
Fructibus omnigenis tuber id uber erit.

Ad Florent. Juv. DN. JOACHIMUM Kistmacher/ J. U. Studiosum.

QUid, Joachime, facis? cistas? hoc innuit ipsum
Nomē; an est gravius quod fabricaris op9?
Sedulus ediscis sinuosa volumina Juris,
Virtutum insignes pectore condis opes.
Ergo non cistæ fabricator, cista sed ipsa es,
In qua virtutes Juraq; clausa latent.
Pergito virtutis templo Themidiq; litare,
Namq; tuum incendes hac ratione genus.

ARTIFICIOCUS SORITES AUGUSTINI.

CUr mortuus erat Christus? ut resurgeret:
At cur resurrexit? polum quò ascenderet.
Ascendit at cur? ut sederet ad Dei
Dextram. Ergo ut ad Dei sederet dexteram,
Christus redemptor optimus erat mortuus.

SA-

SACRUM.
NATIVITATI DOMINICÆ.

IEsus, redemptor orbis,
Imago vera Patris,
Carnem induit tenellam,
Vicem subit misellam.
Æterna lux salutis
En nascitur, solutis
Jam nixibus parentis,
Umbrâ cadente noctis.
Thesaurus ille mundi
Non in nitente fundi
Palatio triumphat,
Sed se in casa recurvat.
Nostram tuere carnem,
Tuam refunde lucem,
Et usque nos corona
Per parta morte dona.
Tibi serviemus uni,
Unum canemus, uni
Fundemus, ô asyl[illegible]
Grates in omne seclum.

Exhort.

CHristus, salutis author,
Nativitate sanctâ,
A morte nos redemit.

Vivamus ergo Christo
In castitate purâ,
Æqualitate justâ.
Integritate sanctâ,
Vitemus ergo diro
Cane pejus, angue pejus,
Superbiam malignam,
Cupidinem pudendam,
Temulentiam nefandam.

Ad CHRISTIANUM DURFELD,

Sub Illustriss. Comitis ab Hohenlöe, Generalis Statuum Regni Bohemici, ut vocant, Locum tenentis auspicijs, Castrorum Metatorem, frat. german.

E Pedemontani *reducem discrimine* belli
Te modò Bojorum *Martia castra tenent.*
At mihi, Belgarum *qui deferor hospes ab oris*,
Hæc Rosa *fragrantes* Balthica *præbet opes.*
Te belli strepitus flammisq; tonantia tela,
Sed me Musarum castra Themisq; juvant.
Est discors studium, sed concors tendit ad unum,
Qui sit summa Dei gloria paxq;, scopum.
Ad quem cum, frater, collimes, strenuus urge
Militiam ac armis arma retunde tuis.
Arbiter armorum Dominus, flammante columnâ
Noctu, nube diu, prælia vestra regat.

IN-

INCLYTA ET AUREA VOX IMP. RUDOLPHI.

INduperatoris dum plebs obscura Rudolphi
Vultum curvato tentat adire genu,
Ecce, satellitium genus hoc ignobile vulgi
Rejicit, hoc cernens Induperator ait:
Accedant homines: Nam non ut claudar in arcâ,
Imperij clavum pulchraq; sceptra gero.

NOSCE TE

TE nosce: *monitũ hoc maximã vim continet:*
Non præcipit novisse membra corporum,
Aut lineamenta aut figuram vultuum,
Sed penitus animum nosse *tantùm præcipit.*
Nam corpus animi vas, leve receptaculum est,
Animo à tuo quidquid peragitur, hoc tibi
Peragitur à te. Nosce Te *tali modo.*

QUOD DEUS VULT, VOLO.

SEmper magis volo, meus quod vult Deus,
Quàm quod Ego. Totus illi adhærebo, velut
Minister obsequens, velut pius asseclа.
Et cum Deo desidero, verbo unico:
Quod Vult Deus, Volo. *Ergo sic in posterum*
Oculis levatis ad Deum dicam meum:
Ubi lubet, utaris tuo me servulo,
Et ut lubet, consentio per omnia.
Nihil omnium recuso, quæ tibi placent,
Quocunq; me voles, trahas & quam lubet
Circumdato vestem: Magistratûs vices

Me gerere vis? gerere recusas? complacet.
Manere? fugere me? bonis clarescere?
Penuriâ miserrimâ vilescere?
Assentiar & in omnibus laudabo te.
Febricitare me diu vis? en volo.
Conarier quiddam? volo promptissimè.
Non vis potiri? non volo. mori? volo.


PIA GRADATIO.

QUi se cognovit, simul is cognoscet Iovam,
Cognoscens Jovam, simul assimilabitur illi,
Assimilabitur is, qui dignus habebitur illo,
Dignus is, indignum qui nil admittit, at usq;
Cogitat illa Dei quæ sunt, loquiturq; subinde
Hæc quæ cogitat & simul efficit illa paratus:
Quæ loquitur, vocesq; pium producit in actum.

DEUS MUNDANI CURRUS AURIGA.

EST omnium rerum Deus, cui vivimus,
Æternus auctor, actor est liberrimus,
Auriga magnus *atq; vector providus,*
Mundano in hoc curru, *rato moderamine*
Et temperans & provehens & retrahens
Laxas habenas? Omnibus rebus suis
Solus præest & interest, quin imò inest.
Supra Deum sunt nulla prorsus robora,
Ab hoc resultant cuncta prorsus munera,
Radios suos si sparserit, cunctos sinus
Penetrat, abyssos permeat, vel unico
Ictuq; nictuq; in polo, salo, solo.

ELOGIUM GERMANIAE.


Rbis terrarum partes ſunt quatuor, EUROPA, ASIA, AFRICA, AMERICA generaliùs ſumpta, ita ut ſub ſe MAGELLANICAM cõprehēdat.

Harum partium diſpoſitio talis eſt: Aſia ad ortum, cui à meridie & partim etiam ad Occaſum annectitur Africa, ab occaſu & ſeptentrione Aſiæ adjuncta eſt Europa, paulò ulteriùs verſus occaſum America, & deniq; directè verſus meridiem Magellanica.

EUROPA eſt partium orbis terrarum minima, at digniſſima, ob omnium rerum, artium liberalium, mechanicarumq; & veræ religionis fertilitatem, ob populoſitatem, imperiorum magnitudinem & celebritatem.

Omnium autem Europæarum regionum ocellus & decus eſt GERMANIA, quæ cum mihi ſit natale ſolum, antiquiſſima & ſanctiſſima parens, in qua infantia mea vagijt, pueritia luſit, juventus hactenus exercetur, placet hoc parergon, qualiquali ejus commendatione, è probatiſſimis authoribus hauſtâ, obſignare.

Tribus nominibus hæc latiſſima regio inſignitur. Nuncupatur enim I. GERMANIA,

vel à fortitudine, quod indigenæ sint penitus viri, corporum & animorum viribus excellentes, quasi Gaarmänner; vel à germana probitate obstinataq; fide, quam sibi mutuò præstabant; vel deniq; (*ut vult Æneas Sylvius in Germ. sua*) à populositate, quòd hæc natio plurimùm germinaverit. II. ALEMANNIA, vel à virili virtutis robore; vel potiùs à colluvione omnis generis hominū, quasi Allerley Männer. III. TEUTONIA, Teutschlant / à Teutone, qui proximè post Tuisconem Germanis cum Imperio præfuisse dicitur.

Distribuitur in superiorem & inferiorem, illa, Das hohe oder ober Teutschlant / hæc Belgium das Niederlant / Gallis le Pais bas vocatur.

In Belgio 17. sunt provinciæ: *Ducatus quatuor.* 1. Brabantia. 2. Limburgum. 3. Lutzenburgum. 4 Geldria. *Comitatus septem*, 5. Flandria. 6. Zutfania. 7. Artesia. 8. Hannonia. 9. Hollandia. 10. Zeelandia. 11. Namurcum. 12. *Marchionatus S. Imperij*, qui 4 civitates principales habuit, Nivellam, Lovanium, Bruxellam & metrop. Antverpiam; quæ nunc Brabantiæ pars est. *Dominia quinque.* 13. Mechlinia, ampli consilij (cujus præses fuit Nicolaus Everhardus à Middelburg, qui scripsit locos arg, legales) sede insignita, ad quod ultima est in Bel-

Belgiò provocatio. 14. Ultrajectum 15. Frisia Occidentalis. 16. Transisula. 17. Groeninga. *Atlas Gerb. Mercat. in tab. Belgij. Vide tabulam. Petri Kaerÿde eod.*

Has provincias omnes Carolus V possedi Hodiè ab uno non possidentur omnes. Quædam enim, quæ confœderatæ provinciæ dicuntur, jugum Hispanicum excusserunt, gravissimo agitatæ bello, cujus hæc est origo: Philippus Rex Hispaniarum provincias Belgicas commisit Duci Albano gubernandas. Albanus introduxit inquisitionem Hispanicam & leges fundamentales de avita libertate illorum violavit. Deus in cordibus multorum zelum pro religione accendit. Belgæ libertatem retinere, proq; illa pugnare sibi proposuerunt & summam rerum penes VVilhelmum Principem Auraicum esse voluerunt. Hinc extitit bellum illud toto orbe celebratiss. , *Joh. Henr. Alsted. in syst. log. l. 10. c. 16.*

Germaniæ superioris limites seu fines *Philipp. Melanchton*, Germaniæ Philomela, his versiculis designavit:

Rhenus ab occasu, Viadrus sed flumen ab ortu,
Clauserunt fines Teutona terra tuos.
Aëriaq; Alpes immotum limen ad Austrum,
Balthicus ad Boream terminus Oceanus.

Hodiernus tamen limes paulò amplior est. Nam ab occasu Rhenum transgressus, usq; ad

Picardiam & Burgundiam Galliæ partes extenditur; à meridie, ultra Danubium ad Alpes; ab ortu, ultra Viadrum seu Oderam & Vistulam Prussos continet; Limes Septentrionalis est Oceanus. Breviter: Limes Orientalis est Vistula; meridionalis, Danubius; Occidentalis, Rhenus; Borealis, Oceanus. Limitem autem accipe non strictum, sed civiliter acceptum, ita, ut utramq; fluminum ripam contineat. *Jodoc. Vuillich. in com. ad Cornel. Tacit.*

Complectitur ergo ambitu suo Regnum Bohemiæ, *Electoratum*; Archiducatum Austriæ; *Ducatus* aliquammultos, Saxoniam Superiorem *Electoratum*, Megapolin, Holsatiam; Pomeraniam, Luneburg, Lauvvenburg, Brunsvvik, Misniam, Silesiam, Juliam, Cliviam, Montium, Franconiam seu Franciam Orientalem, VVirttembergk &c. *Palatinatum* Rheni, *Electoratum*, Palat. Bavariæ; *Landgraviatum* Hassiæ, Thuringiæ, superioris & inferioris Alsatiæ; *Marckgraviatum* Brandenburck, *Elector.* Marckgra. Baden; *Comitatus*, Embden, Oldenburgk, Benthē, Lip. Mansfeldt, Stolbergk, Tirol. &c.

Ex his amplitudo Germaniæ patet, antiquitas, amœnitas; fertilitas, cultus jā jam patebunt.

Et *antiquitatem* quidem ætas Augustæ Trevirorum, vulgò Trier/ docet, quæ ante natum Christum duobus annorum millibus extitit, cū ante ejusdem ortum Roma condita sit, Roma-

Romaniq; initium habuerint, annis non plus quinquaginta supra septingentos. *Atlas Gerhardi Mercat, in tab: Trevirens:* Quin & hoc antiquitatis nobilitatisq; Germaniæ citra controversiam arg: maximũ est, quod inter Hispanos, Italos, Anglos, Gallos, populos omnium Judicio excellissimos, ut quisq; nobilissimus est, ita ad aliquam Germanorum gentem stirpis suæ antiquitatem refert, & eam è Germania tanquam seminario seu Oceano quodam, præcipuas Europæ provincias nobilitatis suæ tanquam fluminibus inundante, deducit: Ita seipsâ major Germania, alias passim nationes nobilitavit, limitesq; suos egressa, finitimos à barbarie revocatos repurgatosq; ad humanitatis cultum perduxit. *Jacobus Pontan: in Germ. sua. Joh. Hen. Alsted. in Syst. Log. l. 10. c. 20.*

Etsi autem Cornelius Tacitus Eq. Romanus & alij Germaniam horridiorem Thraciâ, immaniorem Scythiâ, informem nimirum terris, asperam cœlo, cultu aspectuq; tristem, in universum aut sylvis horridam, aut paludibus fœdam, frugiferarum arborum impatientem, fœcundam pecorum, sed improcerorum, carentem auro & argento discribant, tamen hoc ita exaudiendum est, ut dicamus, Germaniam sub id tempus talem fuisse, quo Tacitus hæc scripsit. Idq; absq; controversia verum fuit propter

ſylvam Hercyniam, quæ adhuc bonam Germaniæ partem occupârat, cujus veſtigia hodie vix reliqua ſunt. *Jod. Vuillich. in d. Com. ad Tac.* Dici etiam poteſt, eos, qui ita deſcribunt, non fuiſſe Germanos & fortè neq; oculis neq; pedibus Germaniam uſurpaſſe, narrâſſe autem, quæ auditione accepiſſent ab alijs qui ipſi mit ſoloi limites, tum temporis dumoſos, ſalutaverant, interiora penitus neſciebant.

Nihil igitur impedit, quo minus eam dicamus *amœniſſimam*, maximè propter aëris temperiem & ſalubritatem. Poſita enim eſt ſub cœlo mitiore, ut nec frigore nimio rigeat, nec nimio uratur calore, & venenatis beſtijs, quæ ex immoderatis caloribus natæ fruges depaſcunt & vitiant, propemodum careat. Abundat viridantibus pratis, hortis feracibus, frondoſis vallibus, apricis collibus, opacis nemoribus, umbroſis ſylvis; quas amœnitates ſingulas nemo ſine tacita quadam gaudij titillatione ac ſenſu perluſtrat. Sylvarum autem maxima eſt *Sylva Hercynia*, der Hartzwalt/ (à reſina Hartz) quæ hac noſtra ætate varia adſciſcit nomina. Alicubi enim Sylva nigra, à pinuum immenſa vi, der Schwartzwalt/ alicubi à populis, quos adit, dicitur Thuringica, Bohemica. Occurrunt ſaluberrimæ thermæ, liquidiſsimi fontes, virgultis, nemoribus & frondibus redimiti amnes,

nobi-

nobilissima & navigabilia flumina, quorum præcipua sunt hæc: *Danubius*, die Donaw/ qui se extendit ad 300. mill. Germanica & 6. supra Tubingam milliaribus ortus, 60. amnibus receptis, per Germaniam, Hungariam, Bulgariam, Serviam, Thraciam, septem ostijs in pontū Euxinū se effundit. *Rhenus* der Rhein/ qui Rheticarum Alpium inaccesso (secundum Tacit) & præcipiti vertice apud Leopontios bey den Rheinwaldern oder Grawbuntern/ ortus, Basileam, Argentinam, Moguntiam alluit & juxta Schenckenschantz divergium seu divortium facit, ita ut pars sinistra Vahalis dicta, Neomagum præter labatur, pars dextra autem Rheni nomen retinens Arnheimium petat, inde Leccæ nomen induens ad Mosam festinet, & Mosæ mista ad Oceanum, in quem & sinistra pars defertur.

Albis die Elbe/ in tractu sylvæ Herciniæ inter Bohemos caput efferens, Magdeburgum præterlabitur, tandem inter Cimbros in Oceanū se exonerat. Eodem defertur *Visurgis* ex Hassia Bremam pæteriens. *Neccarus & Mœnus* à Rheno recipiuntur, ille supra Myrtilletum, hic juxta Moguntiam, ille fontem habet duarum pene horarum intervallo à Danubio, & peragrum VVirtebergicum decurrit, hic è monte, qui der Fichtelberg dicitur, profusus Herbipolin &

Fran-

Francofurtum lambit. *Vistula seu Istula*, die Weixel/ Sarmaticis jugis decurrens, Cracoviā, Dantiscum, Elbingam, Locstetum præterfluit, & trifido agmine in sinum Venedicū eluctatur.

Præterea perlustrare licet munitissima castella, arces, urbes; spatiosissimam Coloniam Agrippinam, inexpugnabilem Viennam, florentissimam Pragam, Noribergam, Augustam Vindelicorum, Argentinam, Lubecam reginam civitatum Ansaticarum, quæ communis sortis veluti terminos egressæ, cæteris mortalibus fortunâ & opibus antepollent, ob amplissima, quæ exercent, mercimonia. His meritò annumeratur Francofurtum ad Mœnum, quod totius orbis emporiorum compendium est, & solitus eligendi Regis Romani & futuri Imperatoris locus, in quo etiam nunc feliciter regnans Divus Matthias non solùm electus sed etiam coronatus est. *Relat. elect. & Coron. D. Matth.* Ibidem, si Imperij binos competitores esse contingat, uterq; collecto exercitu de Imperio dimicat. Quod accidit inter Henricum Landgravium Thuringiæ & Conradum Friderici II. filium, inter Ludovicum Bavarum & Fridericum Austrium. *Munsterus in Germ. sua lib. 3. Arumæ disc. polit. 1. ad Aur. Bull. Caroli IV. th. 35.*

Dubitamus de Germaniæ *fertilitate?* Perscrutemur terræ viscera, quæ nullum metallo-

rum

rum genus non gignit, aurum, argentum, stannum, cuprum, plumbum, ferrum, tantâ copiâ, ut de ea Italia, Gallia, Hispania participent. Adeamus messes, quæ in singulos annos maximam frumenti ubertatem suppeditabunt. Intersimus vindemijs, quæ generosissimorum vinorum, Rhenani, Alsatici, Francici copiam ostentabunt. Frequentemus Deo dicata templa, in quibus semen cœlestis veritatis hominum cordibus tam prospero successu committitur, ut centuplum fructum passim ferant, agnoscendo & venerando Christum, unicum illum ὁδηγὸν, qui ad beatam societatem cum Deo postliminio nos reducit. Pullulant quidem hinc inde tenebricosa & de veritatis viciniâ longiùs peregrinantia religionis dogmata: Sed Deus orandus est, ut errones ad orbitam regiæ viæ revocet, tenebricones lampade Spiritûs S. illuminet & ne eos, qui emerserunt, gurges errorum resorbeat, avertat.

Quà *de cultu*, non facilè Germania reliquis nationibus palmam porriget. Cultissima est candore, hospitalitate, affabilitate, mansuetu; temperantiâ, artibus liberalibus mechanicisq; & disciplinâ militari. Germanos enim esse gentem, quæ adulari nesciat, naturâ placidam & temperatam moribus, liberè & simpliciter cum omnibus viventem, *Ptolomæus* testatur.

Hospi-

Hospitalitatem eorum commendat *Cornel. Tacitus*, dum ait: *Convictibus & hospitijs non alia gens effusiùs indulget. Quemcunq; mortalium arcere tecto nefas habetur.* Et *Cæsar: Hospites violare fas non putant.* Affabilitatem, humanitatem, mansuetudinem, fraternè in congressibus singulis copulatæ dexteræ, amicissimæ consalutationes, benevolæ de cujusq; viæ & vitæ successu rogitationes, imò & illæ Ambrosiâ dulci dulciores exosculationes, quibus sese invicem quibusdã in locis excipiũt, nõ obscurè indicãt.

Temperantiæ etiam suus est honos & cultus, apud nostros. Hem, inquiat aliquis, quàm absurda crepas! Si temperantes sunt, cur Tacitus hæc in scriptis reliquit: *Diem noctemq; potando continuare nulli probrum?* Cur tanta & tam incredibilis apud eos temulentia, lippis & tonsoribus nota? Sed bona verba, quæso! Neq; enim penitus exulat temperantia, à plurimis Germanis hæc, tanquam mater magnarum rerum colitur, temulentiæ repudium mittitur. Plerosq; autem juvenes cum ebriositate conflictari, cum dolore potiùs affirmandum est, quàm cum rubore negandum, aut pallio hilaritatis occultandum. Sed nemo sine vitio nascitur. Aliæ interim nationes alijs vitijs immane quantum redundant, quibus speciosa nomina obtenduntur. Fastus ab Hispano fuco gravi-

tatis,

tatis, levitas à Gallo lenocinio animositatis, protervia ab Italo colore comitatis tegitur & infuscatur. Quid quod abominandum Sodomiæ scelus alicubi grassatur, & inprimis Ecclesiasticos proceres ita hamis suis innectit, ut illud etiam publicis scriptis consignent & laudent? ô tempora! ô mores!

A literis tantum abest, ut Germania abhorreat, aut bellum internecinum indicat; ut earum potiùs dulcis ac diligens nutricula sit, & in hoc laudis curriculo reliquas regiones vix ac ne vix quidem pares habeat. Quæ enim portiuncula totius Encyclopædiæ, quæ facultas, quam exquisitissimis & luculentis scriptis non illustrârit? Hunc vehementissimum amorem literarum satis superq; produnt frequentissimæ & florentissimæ *Academiæ*, Heidelbergensis fundata anno Christi *1346.* confirmata *1387.* Viennensis instituta an: *1361.* Coloniensis Agrippina *1388.* Erphordiana *1392.* Herbipolensis *1403.* Lipsiensis *1409.* Rostochiensis *1419.* Gryphisvvaldensis *1456* Tubingensis *1477.* Moguntina *1482.* VVittenbergensis *1503.* Francfurdiana ad Oderam *1506.* Marpurgensis *1526.* Regiomontana *1544.* Jenensis *1558.* Argentinensis *1567.* Altorfina *1575.* Helmstadiana *1576.* Gressena 1 *6* 0 7. *Schonborn. lib. 4. pol. c. 4. vide Catalo. Acad. Rost. edit.* E quib. omnibus

bus tanquam ex equis Trojanis, religiosissimi Augustini, Athanasij, consultissimi Ulpiani, Papiniani, experientissimi Pœones, Machaenes, sapientissimi Piatones, Chirones innumero numero hactenus prodeunt & prodibunt.

Nec literis contenta fuit Germanorum ingeniorum solertia, altiùs ascendit & præter architectonicam, picturam, aurificiũ, horologiorum confectionem, texturam, arculariam, tapetiariam, fabricam serariam, æris fundendi cudendiq;, metallorum tractandorum & è luto argillaq; fingendi peritiam partim excogitatam, partim excultam, invenit etiam *Typrographicam & Bombardariam;* Hujus inventor fuit Bernhardus Schwartz anno Christi 1380, aut ex aliorum sententia 1354.

Illius verò, Johannes Guttenbergerus, equestri nobilitate vir, anno 1440. Friderico III. Imp. Moguntiæ in meditullio Germaniæ. *Polydor. Virg. l. 2. c. 7. de re invent. Joan. Sleid. do 4. summ. Imp. lib. 3.* De inventore hoc tale est distichon:

MIra typIs LIbros ars qVæ CeLerIeXCIdat aCtV,
GVttenbergerI genIo est InVenta IohannIs.

At fortasse castra formidant Germani, belli strepitus flammisq; tonantia tela oderunt? Otio nimium literario assueta gens & umbratilibus mancipata speculationibus ad bellicas con-

concussiones non potest non ægrescere & nauseare. Minimè gentium: Fortitudo & virtus eorum superioribus fuit & hoc nostro seculo est celebratissima. *Tacitus* hoc elogio eam ornavit: *Nemo Germanis impunè intulit bellum.* Et proverbia apud vicinos eorum olim jactata eandem insigniter extollunt, quale est: Qui verberibus laniari vult, Germanos adoriatur;

Welcher im Krieg wil vngluck han / Der fang es mit den Teutschen an.

Totus terrarum orbis antè subjugari debuit, quàm Germania domaretur. Hæc enim ita restitit & reluctata est, ut in eâ debellandâ ducenti & decem anni consumpti, plurimus sanguis effusus fuerit. Hac de causa Imperatores olim GERMANICI cognomentum tantopere esurierunt & omnibus suis titulis tanquam honorificentissimum antetulerunt. Quò enim hostis potentior, animosior, insuperabilior extitit, eò victor habetur clarior. *Jacob. Pontanus in Germa. sua.* Usq; adhunc diem militaris disciplinæ specimina gloriosa Germani toti orbi edunt, adeò, ut ab ijs, sicuti olim Aurelius & Alexander, ita etiamnum Reges, Principes, Respubl. auxilia accersant. Quid multis? stratagemata & strages in regno Bohemiæ hactenus editæ bellicam nostrorum abundè clamitant virtutem. Est igitur Germania

Arte

Arte togâq; potens. Marte sagoq; valens,

Ad quam *Jus creandi Imperatores*, tanquam brabéon, non immeritò est devolutum. Quæ præeminentia & prærogativa eò excelsior est, quò Romano-Germanicum Imperium majestatis & dignitatis suæ apice cæteris regnis Christiani orbis orbitâ conclusis est sublimius. Sublimis autem illa in eo vertitur, quod successit in locum pristini illius Imperij, ejusq; Juribus, præeminentijs & privilegijs omnibus fruitur. Atq; hinc *Aquilam illam bicipitem* uno capite Ortum, ubi Constantinopolis, altero Occasum, ubi Roma erat Imperij sedes, spectantē Romano Germani Imp. pro insignibus habent, sicuti Reges Galliæ Lilia, Reges Angliæ rosam cum Leone habent. *Barthol. Keckerman. in syst. polit. lib. 1. c. 4.*

Porrò Creatio Imperatoris duobus potissimùm actibus expeditur, Electione nimirum & Coronatione. ELECTIO fit Francofurti ad Mœnum à collegio Septemvirali, seu septem Electoribus *c. Generalikm 34. c. 42. de elect. & elect. potest. Aur. Bulla Caroli IV.* quorum tres sunt Ecclesiastici, ut ArchiEpiscopus *Moguntinus*, S. Imperij Rom. Archicancellarius per Germaniam: *Trebirensis* Imp R. Archican. per Galliam & regnum Arelatense: *Coloniensis*, Imp. R. Archican. per Italiam. Quatuor *Secu-*

tares. Rex Bohemiæ, S. R. Imp. ArchiPincerna: *Comes Palatinus*, S. R. I. ArchiDapifer: *Dux Saxoniæ*, S R. I. ArchiMarschallus: *Marchio Brandenburgensis*, S. R I. ArchiCamerarius. Electio autem Regi Bohemiæ tum demum competit, cum consentientibus suffragijs tres Electores in unum conspirant, reliqui tres in alium. Tum enim alterutrum ex his eligendi potestatem habet. *Schonborn. lib. 5. politi 5. c. 33.* Quamvis multi indistinctè ei suffragium tribuant, *per pr. &c. 1. §. 10. &c. 4. §. 3. Aureæ Bullæ Carol. IV. Arumæ. in discur. primo ad eande. th. 25.*

CORONATIO ex more antiquo ita procedit: *Aquisgrani ferream* coronam recens electo Imperatori imponit Elector Coloniensis, *Aurea Bull. Carol. IV. tit. 4.* quâ ferrea fortitudo contra rebelles designatur: *Mediolani argenteam* imp. Archiepiscopus Mediolanensis, quæ serenitatem & munditiem in principe requirit. *Romæ* Pontifex confert *aûream*, quæ mores in Imp. conformes auro esse debere adumbrat, ut sicuti aurum est omnium metallorum excellentissimum, sic is omnium Regum & principum sit excellentissimus in potentiâ & justitiâ. *Henning. Gœden. in elect. Reg. Rō. cons. 1 Schonbornerg lib. 5. polit. c. 9. Schneidov. ad rubr. Instit. Imp. n. 6.*

Mode-

-odernus Imperator D. Matthias Francofurti ad Mœnum atq; ita extra locum Coronationi destinatum à Bull. Carol. IV. coronatus est consensu Electorum, quos movit, quod actus Coronationis non semper Aquisgrani, sed alio in loco etiam, ut Francofurti ad Mœnum, an Ch. 1562. & Ratisbonæ 1575. fuerit celebratus. **Keyser Kröhnke Michael Sachssen in der Wahl vnd Krönungs handlung Matthiæ.**

Hæc, quæ in laudem Germaniæ protuli, in unum fasciculum colligo: *Germania vetustate gentis, hominum numero, rei militaris disciplinâ, ingeniorum solertiâ, cœli salubritate, pecoris & metallorum copiâ, deniq; creandi Imperatoris Jure excellens est.* Hoc elogium legitur Romæ in Vaticano.

ERRATA.

Lege pro, *Spondet ipsis*, *spondet in ipsis*. pro, *prætiosus*, *pretiosus*. pro *succunt*, *succutit*. pro *filius Dei*, *Filius ille Dei*. pro *palatum*, *palatium*. pro *inducere*, *induere*. pro *munerare*, *numerare*. pro *frangantes*, *fragrantes*. pro *Altas*, *Atlas*. pro *susperstes*, *superstes*.

(0)




BIBLIOTE
VITTOR